Book Dept.
No. Q.404.74
The Public Library of the City of Boston.

Ex lib. S. Magni.

Germanos dicit stolida ebrietate teneri
Italus: & sensus præcipitari mero.
Itale te dico, pueri terebrare cloacas,
Naturæ leges: et pia iura negans.
Quis tollerabilior, quæso dic Itale morbo?
Nos capit Bachus, te maledicte Venus.

Nux pontica.

Nil mihi duricies prodest: si mollior essem
Parceret à tritu petra lapisq; meo.

Stultifera Nauis.

Narragonice ꝓfectionis nunꝯ

ſatis laudata Nauis: per Sebaſtianū Brant: vernaculo vulgariq; ſermone & rhythmo ꝑ cūctoꝝ mortaliū fatuitatis ſemitas effugere cupiētiū directione/ ſpeculo /cōmodoq; & ſalute : proq; inertis ignaueq; ſtulticię ꝑpetua infamia/ execratione/& confutatione /nup fabricata : Atq; iampridem per Iacobum Locher/cognomēto Philomuſum: Suęuū; in latinū traducta eloquiū : & per Sebaſtianū Brant ; denuo ſeduloq; reuiſa: fœlici exorditur principio.

.1497.

Nihil ſine cauſa.

Io. de Olpe

Narragonia latine facta

A Iacobo Locher Philomuſo: Suęuo.

Eiuſdē Epigrāma ad lectorem

Epigrāma

CArmina/ſint q̄uis triuiali ſculpta moneta/
Plaude tamē teneris lector amíce modis
Cultíus eloquiū nobis ſupeſſe putabis:
Si canimus tragico ſcripta canora pede.
Sponte quidem tenui fatuos depmſímus orſu
Stultíuagísq; viris tranſtra locata patent.
Nauíbus ergo vagis ventosq; auraſq; fauentes:
Et ſalubres portus: & loca tuta precor
Cogantur fatuí tumído ſubſídere ponto:
Ne modo: da tutā Iupíter alme víam.
Si foret ínter nos ætas Saturnía: pacis
Sancta fídes: vitę conſpícuūq; dęcus:
Non íam tot fatuos puppís cumulaſſet ínertes:
Aequora quí ſulcant: velaq; pícta trahunt.

Epíſtola Iacobí Locher Philomuſí: Ad erudí-tiſſímū vírum Sebaſtíanū Brant: Iuriſconſultum & poetā argutíſſimū/pręceptorē ſuū dílectiſſímū.

Epiſtola ad S. Brant.

SI fas eſſet: p̄ceptor íucūdíſſíme: exotici ac barbari ſermonis quiddā tuis mūdíſſímis auribus inculcare: In pñti ꝓludío rudis lo-quutor audaxq; íuuēt⁹ maīb⁹ tuis dedícarē: quod mihí labor íngenuus: ſedētarięq; noctes ac frequēs lucubratío peperere. Sed quía te humanitatís ſplē dore conſpícuū cenſorem video: abſq; ruboris ma-

cula adte ſcribẽdũ pueriles excitaui man⁹: nec enĩ es de nũero eoꝝ Criticoꝝ: q cũ & ipſi nihil ſapiãt ingenii tamẽ aſperitudinẽ in alios vertunt. nec mõ alio deſignatus vultu: alio vocis ſono: alio quoq; inceſſu: nec iactãtia obſolentiore, nec ſuperbia arrogãtiore: nec capillatior (vti maliuoli ſolẽt) meã in te iuuenilẽ obſeruãtiã manucapis. Memi dulciter me puerũ / ſtipẽdiis fęlicis achademię ſub te prę ceptore meruiſſe. O dulces cõfabulatões q̃s ſermone tuo ſuauiſſimo cõditas: publico ĩ Auditorio te pfitẽte accepim⁹. auribus inq̃ tenellis & adhuc pp ter pubertatis mollitudinẽ ſtrepẽtib⁹: ſalutares ac beniuolas ſolitę tuę facũdię diſciplinas exhibuiſti. Quotiens enĩ in frequẽti gymnaſio certamina poetaꝝ grãdiſonamq; veteꝝ chelyn inflãmaſti? lepidoq; ſuſurro cantilenas orphicas / delphicaſq; permulſiſti? quotiens ob phœbi tui dexteritatẽ laure amq; coronabilẽ / me ad Aganippidos vireta ſcaturienteſq; Caſtalii riuulos concitaſti? Quẽadmodum atticę iucũditatis prĩceps Demoſthenes Platoniſq; noſtri tenellus auditor / oratione quam Calliſtratus orator cõcitatiſſimus / pro Oropo acturus ad eloquẽtię ſtudiũ cõmotus extitit. Ita tu chariſſime pręceptor animũ meũ primitus ad fœliciores ſtudioꝝ ſeceſſus: antraq; iucũdiora / tua affabilitate ac vrbanitate induxiſti. Gratias igitur non q̃s volumus ſed quas noſtri pectoris exiguitas valet: referre nõ dedignemur. Nam ſi gratiaꝝ actiones in hoc epiſtolio pro infuſa eloquẽtia: proq; muſarum inſpiramine iam tibi perſoluere conarer: Nilo

Critici libros, ſonos, ſunt indices.

Aganippe fons Bœotiæ Apollini & Muſis ſacer.

Demoſthes.

Caſtalius fons in radicibus montis Parnaſſi, Muſis ſacer.

Oropus oppidum in Attica

tici calami argutia: ægyptięq; papyri crassitudo / nostris sudoribus vix satis facerēt. Nostrę itaq; ruditatis exercitamenta/ hilari fronte iucūdissimoq; mētis examine trutinabis. Laudabis discipuli tui audaciam: qui sui pręceptoris saluberrima rhythmata: latiali (quāuis dura ac balbutienti) lingua e theutonico linguagio vertit. Nec id pudoris loco habēdū duco. cū & Frācisci Petrarchę philosophi Stoici: ac Męonii vatis sectatoris celeberrī: cātōes vulgares: vernaculaq; dictamīa/ Philippus Beroaldus Bononieñ/ęque p̄ceptor meus/ omnisq; vetustatis candidissimus inquisitor (cui etiam iamdudū primas partes in oī dicendi genere Italia: felsina q; viritim tribuit) in latinū sermonē vertere nō est dedignatus. Idē Boccatii interpres esse voluit. Maximi igitur spectatissimiq; honoris p̄miiq; loco duxim?: q; me sermonis tui vernaculi (quo egregie polles) interp̄tē esse voluisti. Illud nēpe inter p̄cipua humanitatis genera locari solet: cū a pręceptore discipulus ad honores egregios eleuaī: Tāti igiī te facio: q̄ti Isocrates Plato q; Socratē/ sanctissimū fecere. Nec cędo ea in re Theophrasto: q; Aristotilē peripateticoq; fundatorē maximū maxi fecit. Ecq̄d priscos cito? cum satis supq; mea inte obseruabil' pi aq; veneratio/ lōge lateq; per fines Germanię: eruditissimasq; latii scholas/ me pręcone/ intonuit. testis est mihi Hubertinus Clericus Crestētinas: marchionis Mōtisferrati & pedemōtani poeta stipēdarius: apud quem Cassalę tuam egregiam virtutem exposui. Interrogabat enim vir iste apprime doc=

Petrarcha.

P. Beroaldus

Bononia.

Isocrates.

Theophrast?

Hubertinus.

tus: orator terſiſſimus: an etiã Germanię fines elo
quentię ac argutioris muſę dogmata paſſim ſemi=
narent: te aiebã amicũ: qui ſtilo naſũ apud nãtes
faceres. Itaq; in verba fidẽtior factus: te adhortari
non deſinam: vt in his noſtris lucubratiunculis fa=
uorabiles aſſenſus: curamq; preſentem adhibeas.
non enim dubito: quin craſſis quidã auribus: cor=
de obſtinato: impexis ſupciliis/ſciſſili palliaſtro: ſu
tuliq; cẽtũculo amicti: manus ſanguinarias temere
nobis impingãt. hoꝛ glutinoſarũ fauciũ latratus:
larualeſq; ac tortuoſas exclamationes: celeuſmaq;
nauticum: cauillum exoticum: ſellulariaſq; caſtiga
tiones: te duce: te preſide: te quoq; tutore facile ſu
perabimus. Eſt etiam nobis altior cothurnus: ſunt
nobis ſyrmata lõgiora: & dexter Apollo cũ iucun
da camęnarum chorea/ nondum ędes ac noſtra di
uerſoria deſeruit. caſta ſiquidẽ manu palladis ar/
tes: ſacraq; Matheſeos arã: thure vapido/ frequẽ
tiq; libõ veneramur. Igitur: dulciſſime fautor: ven
tis impera: & nauiculis noſtris: ac phaſelis ſalubreſ
auras precare. Vale. Datum Friburgi. Kal'. februa
riis. Anno domini. xcvii.

Carmẽ eiusdẽ: ad S: Brãt

Carmen ad S. Brant.

Si mihi nunc pęan sacros concederet arcus
Verteret innitidos & mea verba pedes:
Et daret arguti cultissima plęctra leporis
Ad te migraret non bene culta lyra.
Nil rude: nil tepidum: venerando nomĩe dignum
Esse tuo poterit: tu quia dulce canis.
Siue velis numeris facundos nectere sensus:
Seu lyricus chordis: optimus arte vales.
Expertes numeris seu malis condere voces:
Audes magnifico cum Cicerone loqui.
Iam modo plaude: tuis fœlix Germania nymphis
Quas fontes Rheni Danubiiq; fouent.
Non sumus auersi a musis & Apolline dextro:
Tangere iam didicit Theutona terra lyram.
Musica nostrates/phœbo duce/venit ad oras.
Scimus & argutos voce sonare modos.
A regione procul nostra: permessidos vnda
Sacra scatet: nec nos Aona prata rigant:
Gręcia clara suos potuit lustrare poetas:
Hęc quia vicino flumine pasta fuit.
Ad latiosq; lares facilis penetrauit Apollo:
Attulit & secum plęctra canora lyrę.
Nos tamen/horrendis cœlum produxit in oris/
In quibus ingenii est non bene cultus ager.
Sarmatice loquimur: ructamus verba labello:
Crassiloquas voces patria nostra tulit.
Sed postq̃ Titio sacras euoluere musas
Incępit: lepidos atq; docere modos:
Manauit studiosa cohors: quę pectine molli

Ludit: & aſtringit verba ſoluta pede.
Vtile nam docto multis palleſcere ludo:
Hoc nihil egregius maximus orbis habet.
Virtus & ratio ſtudiorum: premia laudum
Parturit: & tituli ſtemmata clara parat.
Vatibus & dantur meriti fomenta laboris:
Et retinet laudes diua thalia ſuas.
Plaude ſenex noſtro viridis quoq; plaude iuuẽta
Ductori: veſter hoc duce creſcit honor.
Pandere ſcit numeris diui ſacraria phœbi:
Nil latet Aoniis fontibus huncce virum.
Oſcula ſepe damus teneris iucunda labellis
Verſibus egregiis: dulcis amice: tuis.
O vtinam tecum poſſem tractare loquelas
Aſſiduas: nitidos & ſotiare pedes.
Quicquid enim ſacris phœbi de fontibus hauris
Candidulis numeris nectis & eloquio.
In lyricis modulis blandiſſima carmina dictas:
Structilis: argutus: candidus/atq; teres.
Non elegis minor es: te choi ſacra phileteę
Accipiunt comitem. te ſociumq; vocant.
Sed quia non opus eſt clarũ laudare poetam:
Iam facit emeritam pagina ſcripta fidem.

Sapphicon eiuſdẽ philomuſi: excuſantis ingenii ſui paruitatem.

Excuſatio auctoris.

Grandibus poſſunt numeris tonare
Quos facit Pęan celebres poetas
Quos & aſpirant tenerę camęnę
Numine ſacro.

Mentis hi crassę tenebris fugatis
Rebus externis procul hinc abactis,
In poli tendunt superos meatus
Pectore docto
Flatibus sacris agitantur vsq;
Candidi vates monimenta condunt
In quibus fulgent animi furentis
Delphica sensa.
Inclytus vates radios Eoi
Solis inquirit refugasq; stellas
Mente rimatur: numerisq; condit
Sydera cœli.
Sępe ventorum rabiem sonorum
Versibus pingit boreęq; flatus:
Frigida & septem numeris reuoluit
Plaustra trionis.
Candidus vates rutilo sub ortu
Colligit versus quia magna quęrit
Facta: scit causas varias latentis
Reddere mundi
Inclytus vates celebres camęnas
Turribus regum venerandus affert:
Resq; describit populi potentis
Carmine magno.
Candidus vates lituo canoro
Bellicos fortis recinit labores.
Et tuba Martem recitat ferocē: &
Prelia cantat.
Inclytus vates trahit ad cothurnum
Mentis ardores nitidumq; syrma

Induit: lapſus recolit potentum: &
Ardua fata.
Fœtibus tantis mihi non repleuit
Sic ſinum phœbus, rigido ſub antro
Incubat noſter labor: & minutos
Concipit orſus.
Igneis non ſum facibus peruſtus
Quas ſacer phœbi chorus/ & diſerta
Turba muſarum/ lepidis abunde
Mentibus infert.
Ergo ſupremam veniam precamur
Noſtraq; riuo ſterili camęna
Fluxit: & ſacras violauit vndas
Carmine rauco
Alter in cęcis cumulet latebris
Fabulas: triſtes canat & labores
Martię pugnę: referat ferocem
Militiamq;:
Me iuuet verſus humili boatu
Condere: & mentem cythara minori
Rite ſolari: pariter iocoſo
Soluere neruo.
Gratiam: credo: dabitis tenellis
Muſulis pigrogenitis ſub axe:
Sufficit: noſtro ſiquidem magiſtro
(Crede) placebunt.

Epigrāma in Narragoniā

Iacobi Locher philomusi. ad lectores.

Ad Lectores

Nauem stultorum iucundo scōmate promsit
Brant: cuius celebris fama decusq; viget.
Quam Satyrā vocitare queo: nam candida pāgit
Munera virtutum: conterit atq; probrum.
Efficere argiuus vix hoc potuisset Homerus
Qui lusit veterum prelia magna ducum:
Sydere sub fausto nascentia fata tulisti
Preceptor dulcis: ingenuusq; comes:
Quos tibi concessit vernacula lingua lepores
In latios vertam simplicitate modos.
Currite qui nostrum cupitis conscendere nauem:
Transit ad hesperium iam bene picta fretum.
Alter ad obliquos conuertit brachia remos.
Alter stultigerum candida vela gerat.
Currite: iam properat cursu cōpulsa triremis:
Et mare nunc medium carbasa nostra tenent.

Ad Narragoniam

Psalmo Cvi.

Hi sunt qui descendunt mare in nauib9/ facientes opationes in aquis multis. Ascēdūt vsq; ad celos: & descendunt vsq; ad abyssos: anima eoꝝ in malis tabescebat. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: & oīs sapientia eoꝝ deuorata est: Psalmo. cvi.

Ad Johannē Bergmānū

Ad Io. B. de Olpe.

de Olpe. Iacobi locher decatostichon.

Tempore fœlici currunt presentia cursu:
In quibus Aonias euehis Olpe deas.
Nostrates/claros solus facis esse poetas:
Scripta palatino das quoq; nostra Iouí.

Te duce: multiſonus Brant/claro nomine fulget.
Edidit & longę poſterítatis opus.
Gloría magna tuis manibus debetur: & vſq;
Debet Theſpadjum te celebrare chorus.
Imprimis argutis dictata recentia ſignis.
Roma pares nr̃is nõ habet ipſa notas. Vale.

Ad Jacobũ Philomuſum

ſubeũdę pfectionis Narragonicę: e barbaría in latíale ſolum: exhortatío Sebaſtíani Brant. Exhortatio S. Brant.

Nuper ego ſtultos vulgarí carmine ſcripſí:
Eſt ſatís hic noſter notus vbíq; labor.
Narragonum quando nobís fabricata carina eſt:
Theutonico qualem ſtruximus eloquío.
Quam deínde vt voluí contexere/forte latino
Scõmate pro doctís: príncipíumq; dedí:
Occurrere mihí tam crebra negotía paſſím:
Quę verſu exorſum/detinuere pedem.
Quo fit/vt inceptũ tam dignũ opus/ipſe relíquí:
Et fregi/calamum quem ſemel appoſui.
Atq; ita deſtituí mediís palynurus/in vndís
Stultíferam nauem remiuagamq; ratem.
In re pro índe tibi noſtra: preq; omnibus vní
Tradímus omnímodas chare Iacobe vices.
Otíus attollas malos: claſſemq; relaxa:
Antemnaſq; ſuo flamine ventus agat.
Tuq; gubernaclo ſubeas: clauumq; retorquens
Facfatuos quoſuis per ſua tranſtra loces:
Flecte viam velis: remoſq; ímpelle: rudentes
Excute: quo curſu concíta nauís eat.

Incautos fuge sed scopulos/penitusq; latentes:
Scyllam/atq; aduersi monstra caueto mali.
Anchora cum sit opus prora iactetur ab alta:
Ne tibi collidant ventus & vnda ratem.
Vortice precipitem/caue sis/ne te impetus ullus
Siue procella vorax obruat.inde vale.

In narragonicam profectionem Celeusma Sebastiani Brant.

S. Brant. Hortor adeste viri quos nūc vocat eur⁹:eūdū est
Stultorum in patriam/cārbasa plena volant.
Tēdite nārrgoniā ꝓperè atq; ab littore funē
Rumpite:nec mora sit:vncta carina notat.
Ilicet:obruimur:numerum sine fine videtis
Qui comitatur.eum non capit vna ratis
Nec reputate viam/maribus dumtaxat apertam:
Quin & feminea est copia mixta viris
Peruigil exegit nostes(mihi crede)perhennes
Qui nos collegit:composuitq; rati.
Et merito.quis enim nostrum presentia curat?
Preteritis ve dolet? siue futura cauet?
Cōtemplatōr age hoc speculum:quicunq; cupiscis
Scire hominū vitas:interituscq; graues.
Nam qui se/vitamq; suam speculatur in isto
Codice:non dicet se facile esse bonum.
Qz si quis/sapiens sibi/ se nusq̄ putet esse
Nos inter:cunctis se sciat esse locis.
Ipse ego cunq; locum volui mihi querere forsan:
Inueni in quouis me fore sepe loco
Vera loqui deceat:rumpantur vt ilia stultis:
Illorum nec me iurgia vana mouent.

Prologus Jacobi Locher: Philomusi: in Narragoniam Incipit.

QVm mecū diu multūq; cogitassem: lectores fauentissimi: de reꝝ humanarꝝ cursu cōfusissimo: comperi me hercule: ex meditatione mea vigilāti/ q̄plurimos errorꝝ gradus: quibus humanū genus in p̄cipitiū labitur. Ad sanandas igitur mortaliū ęgritudines/ pturbatōesq; intolerabiles: plęriq; sapientes ac litterati homines/ fructuosissima dogmata scripsere: quę vulnera mētis laceratę Aesculapio melius sanarēt. Quippe apud Gręcos primitus instituta fuere gymnasia in quibus salubris profitebat medicina: quę perturbatis animis fomenta ac nutrimēta iucūdissima cō ferebat. Vñ & Socrates ille maxim? sophię cultor prim? de moribus disputare cępit. cū enī in rebus naturalibus: certū bonorꝝ ac summę fœlicitatis finem ponere nequiret: mentis suę contemplatioēs sublimes: ad moraliū virtutū studia contulit: & tātum in philosophia emicuit: vt ipse e cęlo philosophiam euocasse diceret. Is enī cū mortales ipsos pcliues ac pnos ad vicia cōspiceret: hoc remedio cōfusis moribus occurrere cogitās in publica Athenięsium palęstra: ea docuit p̄cepta: quę summi boni fōtes līpidos recludūt. Post fatū vero Socratis: successit diuinus ille Plato: q; bonā ætatis suę p̄tē in morali Sophia cōsumpsit. nec abre: quo nā studio melius aut sanctius humāo succurrere potuisset generi? scripsit saluberrimas leges: ędificauit

Socrates.

Plato.

rem publicā speciosissimā : cōstituit humanā societatem iucūdissimā : imposuit frenū libidini : ignauiā mortaliū ad virtutē excitauit. Tempestate tñ philosophoꝝ ętas poetaꝝ fulgidissima interuenit quę ob dicendi fingēdiq; iucūditatē: nō mediocrē locū inter eruditos obtinebat. Quoꝝ quidā heroicū carmē: quo res diuinę humanęq; decantari solent: cultissima scriptione celebrarūt. Quidam de agricultura: alii de planetis & cursu sydeꝝ motuq; poloꝝ. nonnulli de amoris imperio: vt elegiaci: Plęriq; de Regum ac principum miserabili casu/vt Tragici: poemata elegātissima cōposuere. Reliqui Cōmędiā (quā Gręci archęam vocarūt) cū magna dicendi libertate coluerunt. E quoꝝ numero Aristophanes: Eupolis atq; Cratinus/laudatissimi vates claruerūt. cū enī viderent iuuētutem Atheniēsium: ceteręq; Gręcię/omnibus libidinū generibus irretiri: occasionē notādi acceperūt: & plano qdē eloquio: quorūcunq; sceleratoꝝ hominū vicia ac peccata libere mordebāt. Ex hac veteri Cōmędia nostri latini nō ineligans scriptitādi genus formarūt: & primus Lucylius qdē satyrā latinis dedit: in qua noīatim scelera Rhomanoꝝ principū: ciuiūq; priuatoꝝ canebat: salibus multis: iucūdaq; dicacitate totā ꝑfricabat vrbē. Nō certe istac ratione ductus: vt fandi lasciuiā & effrenatā quandā ꝓcacitatem exerceret: sed vt virtutū studia: doctrinasq; salubres excitaret: & vicia e medio fugaret. Igitur Satyra tota latinoꝝ est (vt inquit Fabius/libro decīo Institutionū oratoriaꝝ: ꝓ Satyra quam nos habe

Poetaꝝ origo.

Lucillius.

mus Graii archeã priſcã Cõmędiã tractarũt. Poſt Lucilíũ eloq̃o rudẽ: vrbanitate tamẽ ciuicaq̃ mordacitate nõ pęnitendũ auctorẽ. Horatius Venuſinus ſucceſſit. q̃ ſermone terſíor atq̃ emũctior: nõ paruã gloriã Satyra meruit. Perſius vnicũ librũ reliquit: in quo nomẽ ſuũ īmortalitati cõmẽdauit. Horatius. Perſius.

Poſtremus oĩm princeps Iuuenalis: qui quod in ſingulis Satyricis vatibus enituit: id totũ ſuo iucũdiſſimo dulciſſimoq̃ poemate complexus eſt. O mores: o tẽpora: vt q̃d noſtrates ſapere nõ incipiunt? cur vates nõ colũt? cur poetaq̃ interp̃tes rapſodoſq̃ nõ venerãt? An ignorãt q̃ aut p̃deſſe volunt: aut delectare poetę: aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitę. Edocent enim quę mala: quę bona ſint: quid vitia: quo virtus: quo ferat error. Nam impios/ſup̃bos/auaros/luxurioſos/laſciuos delicatos/iracũdos/guloſos/ edaces/ inuidos/ venefícos/fidefragos/temerarios/audaces/temulentos/indoctos & fatuos/poetę lacerant. Ecõtra virtutis cãdidiſſimos imitatores laudibus magnis extollunt: & cuiq̃ ſuoq̃ meritoq̃ p̃mia aſſicribũt. Cũ vero nr̃a tempeſtate tã pene inumeri ſint fatui & ſtulti hoĩes/qui neglecto virtutis amore: ad tenebras ac huius mũdi illecebras tendant: op̃ęp̃ciũ fuit vt denuo vates aliq̃s eruditus & vafer reſurgeret/qui manifeſtaria ſultoq̃ delicta: vitamq̃ ſpurciſſimã taxaret. Hanc ſcribẽdi libertatẽ: p̃ceptor noſter iucũdiſſimus/ Sebaſtianus Brant Iuriũ doctor: poetaq̃ haud ignobil̃: ad cõmunẽ mortaliũ ſalutẽ lingua vernacula celebrauit. Imitatus Dan Iuuenalis. S. Brant.

tẽ Florẽtinũ atq; Franciſcũ Petrarcham heroicos vates. qui hetruſca ſua lingua: mirifica contexuere poemata. Cũ vero Narragonia ſeu Nauis fatuoꝝ (quã nõ inepte Satyrã appellare poſſum⁹) oĩbus gẽtibus ꝑneceſſaria ſit: op̃tium eſſe duxi: vt eã in carmẽ verterẽ latinũ: quo exteris quoq; natõib⁹ (q̃bus nullũ eſt linguę nr̃ę cõmertiũ) ꝑ deſſet. Sũt enĩ Galli: ſunt Auſonii: ſunt Iberi: ſunt Pãnonii: ſunt deniq; Græci: qui id genus dictaĩs nõ capera= ta fronte lectitent. At vos lectores date veniã Iacobo Philomuſo: ſi quid ob ingenioli ſui mediocritatẽ peccauerit. Eſt quippe pñs liber: cum ad ſalubrem ſapientię cõmoditatiſq; doctrinam: tũ ad demẽtię: ſtultitięq; vanitatem expurgandã ędítus Intueatur ergo hunc perlegatq; : quiſquis velut in ſpeculo/cõditõnẽ vitãq; ſuã nouiſſe ꝑſpexiſſeq; laborat: quo fœlitius tranſigere valeat ęuũ.

Hecatoſtichon in proludiũ

Proludiũ. auctoris/ & Libelli Narragonici.

Per cunctas reſonãt fauſtiſſima dogmata gentes:
Orbeq; nũc toto ſcripta ſacrata vigent.
Biblia: quę veteꝝ congeſſit myſtica patrum:
Iura: fouet ſacris pectora noſtra cibis.
Sunt plures ſophię libri: quibus optima moꝝ
Verſatur ſeries: cõmoditaſq; patet.
Admiror tamẽ hoc: cuncti ꝙ lumine viſo
Doctrinę: in tenebris pectora cęca gerunt.
Ex toto ſalubris mũdo doctrina fugatur:
Nocte igitur cęca fluctuat omnis homo.

Pallas ad æthereas rursus contemta cateruas
Transiit: & superis seruit amica choris.
Dexteritas simplex: veri prudentia: cessit:
Atq; fides: pietas: & probitatis amor:
Spernitur ad mores quicquid perducit honestos:
Spernuntur legis & monumenta sacrę.
Idq; quod est peius: talesq; a nescius error
Voluit: & immoto continet vsq; gradu:
Per fora/p plateas/vicos/madidasq; tabernas:
Passim stultorum magna caterua salit.
Caupones: scurrasq; leues: & pharmá copolas:
In precio magno turbidus orbis habet.
Dotibus explosis animi: sectamur inertes
Corporis illecebras: desidiamq; malam.
Est igitur numerus stultorum maximus: orbem
Qui tamínat totum: stultíciaq; fouet.
Quidam etiam meros toto se tempore stultos
Cum videant: sanos se tamen esse putant.
Nil sapiunt homines precordia crassa gerentes:
Prudentes nimium se tamen esse putant
Attamen vt stultos possim cumulare prophanos
Quemlibet: ad meritū iure notare queam:
Innumeras classes fingam/longasq; triremes:
Et naues celeres: veliuolasq; rates:
Si non sufficiunt: cristata petorita: rhędas:
Esseda gallorum: iam sine sine struam
Nec potis vna ratis stultorū ponderа ferre
Quos gerit innumeris versibus iste liber.
De numero tanto stultorum qui modo viuunt:
Accelerant pedibus ad mea vela citis.

Non aliter q̃ si volitet per gramina florum
Turba apium: dulces perstrepat atq; fauos:
Quidam: ne cursu tardo mea cârbasa linquat:
Nando sequi stultam cogitat vsq; ratem.
Quilibet ad primum gliscit conscendere transtrũ:
Et regimen nauli solus habere cupit.
Currit ad nauem. postremus quisq; veretur
Horatius. Esse. procul toto flumine vela micant.
Narragonum hęc classis/titulo sic iure feretur:
In qua stultorum quilibet esse cupit.
In speculo veluti faciem quis rite tuetur:
Effigiem vultus conspicit atq; sui:
Sic modo de nostro capiat manifesta libello
Signa: quibus vitam conspitiatq; suam.
Nemo caret vitiis: nemo est sine crimine vitę:
Seneca. Ergo stultorum candida vela trahit.
Nec poterit quisq̃ causa sapienter in omni
Se gerere: & nulla contaminare lue.
Qui bene mortales secum considerat actus:
Et trutinat mentis omnia facta suę:
Inueniet causam: poterit cur stultus haberi:
Vt modo sectetur remigis vsq; viam.
Quisquis enim stultum depicto stygmate dignũ
Se putat: & viuit simplicitate rudi:
Is poterit sapiens: tandem prudensq; renasci:
Et fieri diuę Palladis inde comes.
Sed qui nũc prudens: casus vult esse per omnes:
Nil sapiens/semper noliger esse solet.
Hos siquidem atq; alios poterit studiosa caterua
Perlegere: in propriis colligo quos titulis.

Nobilis & clerus: venit huc cũ paupere/diues:
Ciuibus vrbanis carbasa plena sonant.
Rusticus: imberbis iuuenis: curuęq; senectę
Turba venit: pueri: stultiloquusq; parens:
Indocti doctiq; simul/longo ordine cincti:
Ad pictas properant/accelerantq; rates.
Fœmineumq; genus: turpis quod sępe voluptas
Incitat: & torquet nõ moderatus amor.
Stulticolas inter nostros diuertere gliscit:
In speculo scelera & perspicere vsq; sua.
Attamẽ vt quisq; nostri dictaminis orsus
Rite sciat: frontẽ prębeat oro piam.
Pangimus ad certam multorũ hęc scripta salutẽ.
Stygmate quę mordent duriter omne genus.
Sed si forte malus volet hos confundere risus:
Scriptorisq; vafros dilaniare iocos:
Facundas capiat causas: de codice primo:
Theutonicis numeris qui bene cultus adest.
Et causas itidem iustas tibi deinde feremus:
Cur multis prosit fictio nostra viris.
Sic quoq; Sattyrici quondam fecere poetę:
Mordentes populi dedecus atq; nefas.
Hos sequimur: q̃uis studio/linguaq; minores:
At cupimus mores nunc medicare malos.
Est animus tenerę multum prodesse iuuentę:
Vt celus explodat/stulticiamq; grauem.
Parcite: stultorum dum signa micantia fingo:
Turritasq; rates ad freta nigra traho.
Parcite: si vestris signum de moribus addam:
Stultigeris frontem significemq; notis.

Psalmo xlviii.

Excusatio scribentis.

Argumẽtũ in narragoniã

Ad humani generis fœlicitatẽ: documentũq; saluberrimum: stultorum classis ad Narragoniam cõstructa fulget: quam quidem omnes cõscendunt: qui de semita veritatis: & apto sani intellectus calle vagantes: in varias & vmbrosas mẽtis tenebras: ac corporis illecebras corruũt. potuisset pñs hic noster libellus/non incõcinne satyra nũcupari: sed auctorem nouitas tituli delectauit. sicuti enim prisci satyrici: variis poematibus cõtextis: scelera ac prauitates mortaliũ reprehendebãt: ita nostra hęc pagina. status & conditiones hoim ad oculos depingit: vt tanq̃ in nitidissimo speculo: quisquis mores & vitę suę lineamẽta cõtueatur. Nolim tamẽ arbitretur fidus laboris nri lector: verbũ nos verbo mi? reddere (vt Flaccus ait) Sensus enim dũtaxat notasq; vernaculi carminis simplici numero latie trãstulimus Quapropter & veniã presumptę nostrę audatię ab oĩbus lectorib? nos cõsecuturos cõfidim? si prius ingenii nostri mediocritatem: & teneros lanuginis annos cõsiderauerit. poeticas nẽpe egressiones: & fabulosam obscuritatẽ studiose pręterii: nudisq; & natiuis verborũ structuris: facilicq; sententiarum iunctura: opus absolui. Nostris iccirco lucubrationibus votisq;: quisq; lector bene precari velit: obsecramur.

De inutilibus libris.

Inter pręcipuos pars eſt mihi reddita ſtultos
Prima: rego docili aſtaq; vela manu.
En ego poſſideo multos/quos raro libellos
Perlego: tum lectos negligo: nec ſapio.

De inutilibus libris.

Primus inexcelſa teneo ꝙ naue rudentes
Stultiuagoſq; ſequor comites per flumina vaſta:
Non ratione vacat certa: ſenſuq; latenti:
Congeſtis etenim ſtultus confido libellis

Spem quoq; nec paruã collecta volumina p̃bent:
Calleo nec verbũ: nec libri ſentio mentem.
Attamẽ in magno p me ſeruantur honore:
Pulueris & cariem/plumatis tergo flabellis.
Aſt vbi doctrinę certamen voluitur: inq̃
Aedibus in noſtris librorum culta ſupellex
Eminet: & chartis viuo contentus opertis:
Quas video ignorans: & vano lumine ſolor.
Conſtituit quondam diues Ptolomęus: haberet
Vt libros toto quęſitos vndiq; mundo:
Quos grandes regę theſauros eſſe putabat:
Non tamẽ archanę legis documẽta tenebat:
Quis ſine nõ poterat vitę diſponere curſum.
En pariter teneo numeroſa volumina/tardus
Pauca lego: viridi contẽtus tegmine libri.
Cur vellem ſtudio ſenſus turbare frequenti?
Aut tam ſollicitis animũ confundere rebus?
Qui ſtudet/aſſiduo motu/fit ſtultus & amens.
Seu ſtudeam: ſeu non: dominus tñ eſſe vocabor
Et poſſum ſtudio ſociũ diſponere noſtro:
Qui pro me ſapiat: doctaſq; examinet artes.
At ſi cum doctis verſor: concędere malo:
Omnia: ne cogor fors verba latina profari.
Theutonicos inter ballos ſum maximus auctor:
Cum quibus incaſſum ſparguntur verba latina.
O vos doctores: qui grandia nomina fertis:
Reſpicite antiquos patres: iuriſq; peritos:
Non in candidulis penſebant dogmata libris:
Arte ſed ingenua ſitibundũ pectus alebant.
Auriculis aſini tegitur ſed magna caterua.

Ptolomeus philadelph⁹. cui⁹ meminit Ioſeph⁹ li. xii

Prouerbio. v.

De bonis consiliis.

Ciuilis quicūqꝫ gerit consulta senatus:
Nec sua decernit: verū aliena probat:
Prosequiturqꝫ graui simplex errore potentes: Prouerbio.v.
Ille agit/inqꝫ scrobem trudit vbiqꝫ suem.

De bonis consiliis.

Complures ꝓperant ciuilē intrare senatum:
Vt populi ignaui vanos sectentur honores:
Iura tamen tales ciuilia: recta latentqꝫ Ecclesiast.ii.
Cōsilia: in tenebris & cęco tramite ꝓgūt.

Tellus habet veteres consultoresq; peritos
Qui fas atq; nefas iuste pensare solebant.
Possidet insignis iam ciuica regna senatus:
Consiliumq; regit: qui nescit soluere nodum
l.i. ff. de ori. iu. Hic in consilio magno a prętore rogatus:
Non noua de crasso dictamina pectore profert:
Ast alios sequitur: ne sit contemptus ab illis:
In studio quorum seruat publicus vsus.
Heu grauis indocti surgit iactura senatus.
Paragoge. Non satis est alios sectarier vsq;: sed orsus
xi. q. iii. & si ad tempus Tu proferre nouos debes: & voluere mente
Legis vtrumq; caput: ne quis te iudice stulto
Damnatus: superis diuis tua crimina pangat.
Forte putas summū nusq̄ curare tonantem
Res hominum: cursusq; vagos: mētesq; ꝓphanas:
Crede mihi/iuris normam si noscere velles.
Iusticięq; modum: quo/re sapienter in omni
Consilium monstrare tuum: mentemq; valeres:
Antea consuleres doctos/iurisq; peritos:
Quam tua de grauibus fieret sententia rebus.
de pe. er re. c. cū ex eo Qua trutinas alios mensura: aut lance rependis:
Aeacus hac eadem stigiis torquebit in vndis.
C. de iudi. l. rē nō nouā Est deus omnipotens qui nos post fata; supremo
Iuditio censet: iusta quoq; lege citabit.
Inueniet quisq; : populos quo iure miſellos
Torserit: & facti post mortem pręmia dantur.
Inter mortales qui non obseruat honestum:
de re iudi. cū etnu. li. vi. Iusticięq; viam viuus: post fata seuerum
Censorem inueniet: nec tūc sapientia mundi:
Nec vires animi censuram auertere possunt.

De auaritia & prodigalitate

Pertinet ad proram nauis: cui summa voluptas
Est in diuitiis/terrigenisq; bonis:
Gaudia magna putat nūmos seruare dolosos:
Nec fruitur partis: stultus vbiq;: suis.

De auari-
tia.

Qui legit immensum nūmorum pondus & auri:
Raraq; de partis captat solatia rebus:
Stultus ad illecebras/& gaudia sera nepotum
Congerit hos sumptus: terraq; vorace recondit:

Ps. xlviii.

Ad ſtygíos penetrat ſed cũ defunctus auęrnos:
Ecclesiaſti.v. Et vada cocyti tenebroſi pallida luſtrat:
Pſ.xlviii. Nil ſibi diuitię proſunt: nil ſortis auarę
Congeries: ſitiens Acherontis flumina guſtet.
Stultior eſt timído multũ (míhi credite) auaro
C de cura. furio.l.i. Prodigus: acceptis qui neſcit límina rebus
Ponere: ſed vitiis cenſus largitur iniquis.
Et male quęſitis opibus ludíbria vendit.
Eſt qui ſollícitis ſtultus compílat amicis
Diuitias: animę nec vult curare ſalutem:
Sed vigilare metu trepido nocteſq; dieſq;
Cogitur: vt poſita ſit magnũ pondus in arca.
Heu fruſtra díues: inferna nocte ſepultus.
Iob.xxvii. Non tibi delitias pręſtabit copia rerum:
Hęredeſq; tui nullo te munere vellent
Soluere: liuentis fugeres vt tartara ditis.
Tantalus Tantalus alter eris: glauco qui poſtus aceruo
Vndarum: inter eas ſitibundo gutture flagres.
Largiri debes pro diuo nomine chriſti
Pauperibus: cœli capies ſic regna ſereni.
Tullius in pa Optauit nemo ſapiens q; in orbe potenter
Regnaret: diueſq; foret: ſed dulcę Mineruę vt
Dogma ſequi poſſet: ſecura vt viueret aura:
Excellit ſapiens cuncti ſpectacula mundi.
Craſſus.i.q.i c. q; qui iam. v. craſſus. Auri ſacra fames Craſſum anticipare coegit:
Fata: q; is cupidus parthoꝝ vaſa ſitiret.
Crates theba uus. xii.q.ii. gloria epi. Thebanus ſophiam cũ vellet diſcere Crates:
In mare ꝓiecit nũmoꝝ pondus & auri.
Qui vigilant igitur terrenis rebus: auernis
Cõmendant animas vacuis: ditiq; parentant.

De nouís rítíbus.

Quíſquís amat rítus ꝓferre & fíngere ínanes:
Inſtítuens populos ſíc nouítate rudes:
Is mala dat cupídę ludíbría multa íuuentę:
Et ſtultũ manibus ſtultíor ipſe trahít.



De nouís rítíbus.

Tempore quę fuerant ígnomínioſa vetuſto:
Atq; ſceleſta nímís: íam noſtra ætate probant
A multís: rituſq; nouí ſeruantur honore:
Laudís erat quondam barbatos eſſe parentes:

Math. xviii.

ii. Regũ. x.

Socrates.

Atq; ſupercilium mento geſtare pudico:
Socratis exemplo barbam nutrire ſolebant
Cultores ſophię: quorum ſapientia mundum
Deſeruit: celſas Iouis & conſcendit ad arces.
Sed nunc irrepſit morum corrupta libido:
Manauitq; nefas: & vitę ſubdolus vſus.
Ecce pudet multos barbam nutrire ſeueram
Iuuenalis. Sed vellunt toto excretos de corpore pilos:
Vt ſeruare cutem mollem: corpuſq; ſupinum
Poſſint: & ſtultum caſus ductare per omnes.
Sycambri Aethiopes Crinibus in nodum contortis more ſycambri
Aethiopumq; micāt: heu criſpos ferre capillos
Fas reputant: & nudos fucati pectoris artus
Pandere: vt ingenuas poſſint captare puellas.
Colla premunt quidā ſertis/& torquibus aureis:
Et digitos onerant gemmis: auroq; rotundo.
Math. xviii. O mores hominum: corrupta o tempora/& atra!
Nemo nefas cenſet veſtes geſtare plicatas:
Atq; habitus curtos nimiū: tinctoſq; colore:
Sicq; palam apparent genitalia membra: pudore
Depoſito: & nullo conduntur tegmine clunes.
Quid tunicas memorē varias! q̄d pallia narrē:
Fimbria quę croceo veſtit circundata luto!
Quid ve pedum referam veſtitus vſq; probroſos!
Moribus Aſſyrios ſequimur: thurcoſq; ꝓphanos:
Et recutitorum peiores ritibus: e heu
Germania. Talia cur pateris pugnax Germania! pelle
Pelle inq̄ ritus media de gente pudendos.
Ne ue tuam perdas famam: deus vltor acerbus
Hos premet: e quorum naſcuntur crimina vita.

De Antiquis fatuis.

Ad ſtructũ q̃uis langues̃ declino ſepulchrum.
Triuerit & metã iam mea vita datam.
Non tamẽ antiquos fatuoꝝ deſero mores:
Stultitięq; vias inueteratus amo.



De antiquis fatuis.

Inueterata meę dementia craſſa ſenectę:
Non ſolitos linquit mores: vitamve priorem:
Sum puer: & centũ tranſacti temporis annos
Connumerare queo: nec enĩ ſapientior vſq̃

Esse velim: pueris stultorum signa ministro.
Esayę.lxv. Stultitięq; meę regimen pręscribo malignum:
Et mala viuendi/mihi testamenta relinquo:
Exẽplarq; mali sum/duxq; & pessimus auctor.
Quod puer edidici: facto monstratur inerti:
c. ex studiis. Stultus ego semper: tamen hac laudarier arte
& .c. cũ in iu Percupio: insanam & sceleris protendere famã:
uẽtnte. de pre Et vitium monstrare meum: moresq; pudendos
sumptionib⁹. Audeo: de celebri tanq̃ certetur honore.
Nunc refero per me deceptas vndiq; gentes:
Me duce nunc iacto tot semina sparsa malorum:
Immemor hunc prauũ vitę conuertere cursum.
Quin doleo: q; non consueto tramite semper
Ire queo: & stultas penitus consũmere vestes.
Sed qa non valeo cursum complere vetustum:
Hęc nato discenda meo: teneroq; nepoti:
Proponam: fingamq; vias ad crimina largas.
Hic alacer/fatui patris/vestigia temtet:
de cõse. di.v. Et discet prodire gradu genitoris iniquo:
c.vlti. in glo. Gaudet & ipse parens: natus q; crimine maior:
Progressum sceleris superat/numerumq; malorũ:
Spemq; gerit pulchram de nato: quom sua gestat
Signa: quibus vitę male sanos triuerit annos.
Moribus in prauis versabitur illius ætas.
Stultitięq; vias nunq̃ postponet inertes:
Ergo reget pictę stultorum carbasa nauis.
Proh pudor: effœta o quid nũc cupis esse senecta?
Semper & in tenebris pręsentia vota morari?
Danielis xiiii. Inueteratus enim fatuus bene viuere nescit:
Nescit & ex animo fœdos depellere mores.

De doctrina filiorum.

Indulget quicunq; ſuis ad crimina natis:
Sedulus emendat nec puerile nefas:
Sentiet is tandem damnum/ſeroſq; dolores:
Aſcendetq; nouę ſplendida tranſtra ratis.

De doctri
na filioꝝ.

Stultus erit ſemper/miſer, & cęcatus ocellis:
Quem non cura trahit natorum: quēq; modeſta
Vita fugit: teneros animos vt moribus ornet:
Temperet aut opera naſcentia fata frequenti.

Non errare vetat: ſcelerum nec límina claudit:
Víuendí ue modum natis proponere curat.
Non bene conſulítur laſciuę (crede) íuuentę:
Sí ſíne morígero paſſím ductore vagatur.
Sícut oues curſum línquunt paſtore remoto:
Sollícitatq; vagas nímium conceſſa voluptas:
Sic tua per ſceleris torturā pígnora currunt.
Stulte parens: natos cur excuſare laboras?
Q; teneri nequeant recti conſcendere callem:
Et ſentíre nefas: aut veri noſcere curſum?
Non ętas mollís: non frontís barba tenellę
Te excuſare poteſt: teneris ſapíentia creſcit
Cordíbus: & ſanctę díſponit ſemína vítę:
Quín melíus retínēt pueri documēta tenellí.
Horatius. Nam cecínit quondā Romę Venuſínus aļūnus
Quo ſemel eſt ínbuta recens ſeruabít odorem
Teſta díu: remanētq; rudís prímordia vaſís.
Flexílis eſt íuncus: ſalíces flectuntur amarę:
Robora dura minus: q̣d enī nunc príma morarís
Tempora frugíferis citius depaſcere rebus?
Quíd moderata nocet pueris correctío blandís?
Nam ferulę: morum prębent alimenta bonorū:
Expelluntq; malos íncocti pectoris ęſtus.
Priamus Obculpas aliquando graues luxere parentes
Crímina natorum: & vítam íngemuere nocentem.
Adſít in exemplum Príami fortuna potentís:
Ilíacas qui perdít opes: cum nauíbus altís
Fílius Argolícas properat laſcíuus ad oras.
Tarquinius ſuperbus. Adſít in exemplum Tarquíni fama ſuperbí:
Obſcelus ínfandū natí: luxumq; pudendum:

Quo bonaſtupratę mentis Lucretia luxit: Lucretia
Expulſus regno: latiis errauit in oris.
Tranſtulit innumeros ad nos Catelina nepotes: Catellina
Filius aſſequitur patrē. vitiiſq; viciſſim
Indulget: moreſq; bibit ratione carentes.
Heu melius pueris nūc conſuleretur: inertes
Ductores fugerent: ſi iam ſtultoſq; magiſtros:
Prudenteſq; bonę laudis ſequerētur alumnos.
Peleus æmonio quondam rex clarus in orbe: peleus.
Curam magnanimi phęnici indulſit Achillis:
Traderet vt ſanctos tenero pro tempore mores.
Rex quoq; Pęlleus magna cum laude Philippus:
Per loca Graiorum quęrebar cuncta magiſtrū: philippus
Noſſet Alexandrum qui dogmata culta docere: Alexander
Doctus Ariſtoteles tandem compertus: adibat Ariſtotiles
Magnanimi curam regis: pectuſq; fouebat
Artibus ingenuis: dabat & pręconia linguę.
Doctus Ariſtoteles primū documenta Platonis plato
Candida guſtarat: ſophięq; exceperat artes:
Antea q̄ teneros ſtudio paſcebat alumnos.
Tempore ſed noſtro dementes cura parētes
Nulla trahit: natos videant vt rite peritos:
Conducantq; grauem digna mercede magiſtrum.
Ergo nunc fatuus procedit de patre ſtulto:
Qui vitiis largitur opes: ſtudioq; decoro ꝓuerbioꝝ.x.
Parcit: & ingenii virtutes negligit omnes.
Thebani Cratis triſtis querimonia fertur:
Si mihi: dicebat: paſſim clamare liceret: Crates theba
Vos omnes fatuos vellem appellare probroſos:
Quos agitat nimio funeſta pecunia ludo.

Diuitias legitis natis: & dogmate nullo
Pectora lactatis: nec dexteritate fouetis:
Prouer. xix. Tandem pęnitet & sceleris permissio mordens
Eccle. xxii Grandęuũ patrem: at sero medicina petetur.
Natorum quidam sceleratis vndiq; rebus
Deutro. xxi Se sociant: summiq; Iouis diuina lacessunt
Numina: nonnulli vitam sine fine prophanam
Sectantur: vitiumq; petunt noctesq; diesq;:
Atq; relicta malo fundunt patrimonia ludo.
Quidam delitiis lasciui corporis ardent:
Et luxu flores consumunt temporis omnes.
Ille bibit cyathos sitiens: plenamq; lagęnam
Euacuat: nulloq; modo discrimina ponit.
Sed pueri qui non teneris lactantur ab annis
xii. q. i. ois Artibus ingenuis: studiis nec rite fouentur:
Genes viii. Ad vitium faciles sunt: & delicta parati.
Nil melius gracilem poterit nutrire iuuentam:
Et morum pręstare viam: vitamq; modestam
Prouer. xix Quam salubris docti siquidem doctrina magistri:
Eccle. vii. Principiũ/mediũ/finem quoq; prębet honoris.
Vtilis ad teneros spectat correctio natos.
Nobilitas res magna satis: decorare pusillos:
Seneca Quę solet: at proprio non est quęsita labore.
Iuuenalis. Profuerit quid enĩ maioꝝ stemma? quid autẽ
Nobilitate tumes? quã non virtute decora:
Moribus & cultis meruisti o stulte misselle?
Sępe malos catulos pariũt animalia blanda:
Sępe mali pueri casto nascuntur ab aluo.
Eccle. xxii Sed pater in culpa est: qui nõ vult esse seuerus.
Dogmaq; nec gnato viuendi suggerit aptum.

De delatoribus & litigiosis

Qui duplici lingua lites & iurgia vendit:
Et delatoris fungitur offitio:
Inter contiguos ponēs sua crura molares.
Is precium sceleris sentiet exitium.

De litigio sis & dela= toribus.

Gaudia summa putat quidam miscere sinistris
Litibus: atq; homines ad iurgia vana mouere. Prouer. xvi.
Gaudet & interdum rixis turbare molestis
Pectora: sic igitur malesani est criminis auctor.

Ecclesiastī.x. Ore tenet virus: lingua mendatia fingit:
Atq; dolos versat: quibus impugnare nocenter
Concordes animos & pectora dulcia possit.
Sępe ferit grauiter/pharetrato verbere linguę
Insontes hominū mentes: moresq; lacessit
Innocuos vitę: & fautores dispare voto
Prouer.xxix Inter se semper versari & viuere glisćit.
Nec tamen interea sentit sibi vulnus adactum
Vir bonus: accusat quem delatoris iniqui
puer. xxiiii. Lingua. sed adueniunt seri lamenta doloris.
Delatore nihil peius? nil turpius vsq;?
Cuius in ore sonant lethalis sibila morsus:
Milleq; pictarum fraudum mendatia subsunt.
Si videt immoto concordes viuere nexu:
Si sotios aliquos: fidos seu noscit amicos:
Esayę.xxxii. Mortiferum virus rauco de gutture ructat.
Vnanimesq; studet comites a fœdere dulci
Soluere: concordes queat vt confundere mentes.
Mox tamen excusat linguę rabiosa/proteruę
Sibila: & insontem se a talibus esse fatetur.
Et sceleris tegit occulti maledicta perosa.
Teren.in eu. Sic quidam applausus quęrunt: cupiuntq; placere
Istis: de quorum nil sanum pectore manat:
Fallaces Daui: Gnatones: & parasiti:
Horatius. Osores rabidi: balatrones: hoc genus omne
Garrula mordacis diffundit semina linguę.
Quisquis amicitię nexum dissoluis: & atro
Sapiętię.1. Stygmate concordes maculas: & iurgia vendis:
puerbi.xix Indignus vita es pręsenti: carcere dignus:
perpetuo: vt careas viuaci luce perosus.

Non ſequí bona conſilía:
Eſt: & non: ſolers/cauſa quí dícere ín omní
Neſcit: & ín quouís tempore recta ſequí:
Omnibus ín rebus nec ſanos conſulít: ílle
Damnorum fatuus prȩmía ſolus habet.

Nō ſequí bona cōſí-lía.

Stultus íners ílle eſt: quí prudens vſq; vídeří
Gliſcit: & aſſueto tractat ludíbría curſu:
Sed dum ſe nimíū prudentem: & ad omnía vafrū
Eſtímat: haud dubío fatuís eſt ſtultíor íllís:

Prouer. xiiij.
Abdię. ii

c iii.

Quorum ſomnifero mens eſt cęcata furore.
Sit ſapiens: cędo: munitus viribus: atq;
Dotibus eloquii: tamen hęc ignauia nunq̃
Deſerit aſſuetas confuſi pectoris artes.
Prouer .i. Conſilia alterius refugit: ſpernitq; bonorum
Eccleſi.xix Senſa: quibus proprię mentis corroboret actus.
Effutiũt multi phalerato verba colore:
Et cupiunt verbis prudentes inde putari:
Hi terram findunt aratro/temoneq; longo:
Stultorum greſſu tacito monumenta perarãt.
c.ne mireris|. Conſiliis en vſq; ſuis: cœptoq; furori:
de conſti. Confidunt: nuſq̃ capitis meliora ſequentes.
Pyrrhus epi/ Pyrrhus ad auſonios populos non caſtra locaſſet:
rotaq; Rex. Haudq; fuga tantas clades comiſerit auctor:
Callida ſi cyneę docti conſulta probaſſet.
Inconſulta ruit bellis priameia proles:
Hector Hector Achillea miſere confoſſus ab haſta:
Dum fugit annoſi temere mandata parentis.
Nero. Sic Nero crudelis iuſtas dum negligit artes
Conſiliiq; modos: ferro tranſfixus acuto telo:
Sera luit meriti maleſanus damna furoris.
Thobias Fertur q; gnatum formarit ſępe Thobias:
Vt bona prudentum ſequeretur geſta virorum.
Roboam Dum temere annoſos ſpernit Roboam ſapientes:
Eccleſi .xlvii Innumeras perdit gentes: atq; improbat acta.
Plura tibi poſſem priſcorum exempla referre:
Qui dum ſectantur propriũ caput: & ſibi tantũ
Confidunt: veterũ & nolunt conſulta videre:
Incurrunt penas meritas: & triſtia fata:
Perpetuoq; trahunt fatuę telluris aratrum.

De incompositis moribus.

Qui tenet incomptos mores/gestusq; pudendos:
Et gestat vultum mobilitate leuem:
Maturat fieri stultus: turbamq; profanam
Quęrit: & assiduo pilea stulta trahit.

De incom positis mo ribus.

Moribus ingenuis paucissima turba virorum
Iam super est? sedenim plures ad crimina currunt: Eccles. i.
Et properant gustare nefas: turpesq; malorum Math. vi.
Illecebras: & sic stultoꝝ imitarier escas. Math. vii.

Treno.4. Turpibus (heu miseri mortales) moribus omnes
Esaię. lvi. Sunt modo cęcati: nec curant munera vitę
Math.xv. Candida: nam paribus vitiis iuuenesq; senesq;:
Aegrotant: nulloq; gradu distantia mores
Sepat hosce malos: mẽtes nec ad optima trãffert.
Esaię xiii. Crinibus intortis quidam ludibria tractant:
2.thimo.3. Quidam se manibus iactant: vultumq; modestũ
Sapiẽtię.xii. Assumũt nusq̃: leuibus sed moribus vsq;
Se fatuos cunctis ostendũt: seq; perosos
Reddunt: & grauium fugiunt cõmertia rerum.
Iacobi.ii. Instabilis vita est illorum / stulta / pudenda /
Inconstans / leuis / & cũ tempore mobilis omni.
Incessu quidam deformia gesta refingunt
Deformantq; gradus: fatie quoq; mera relaxant
Ludicra: nec quicq̃ faciunt ex ordine certo.
Mens leuis est illis: animus quoq; dissonus: illos
Vexat: & errores oculis & nubila crassa
Obiicit: & mores vita deturpat inerti.
ff.de tu. & cu l. scire. Qui sapit: & mentem laudatis moribus auget:
Atq; modum vitę studet obseruare decorum
Quicq̃d agit: plausu populi laudatur amici:
Fasq; putat: quicq̃d sapiens agit ille: facitq;:
Sapien.vi. Qui grauitate bonos mores coniunxerit vsq;.
Pš.cx Incipit (vt docti referunt) sapientia prima
Moribus a cultis: & dexteritate modesta:
Et timor ingenue confert exordia vitę:
Et pudor: atq; fides / probitas / constantia / virtus:
Laudatos faciunt iuuenes: claramq; senectam.
Pax etiam tantis virtutibus addita: pręstat:
Sinceros vitę mores / & candida fata.

De leſione amicitię.

Qui facit iniuſtitiam
Exercet & potentiam
In viro forſan humili:
Hic facit ſcrobem tumuli.

De leſione amicitię.

Eſt fatuus vecors: ſtultus/ferus/atq; malignus
Cuius ſubiectos iniuſta potentia ſtringit:
Et premit inſontes nullo de iure ſubactos.
O iudex attende boni documenta decoris.

Sapien.v.

Eccle.xi.

Non licet iniuſte nimiũ: nimiúmq; potenter
Innocuos turbare viros: & iura ſuperba
Dicere: quę nequeas illęſa mente profari.
Prouer.iii. & .xi. Peſſimus ille quidem eſt fidum qui pungit amicũ:
Et nocumenta ſuis rebus damnoſa miniſtrat:
Verus amicitię gradus eſt: prodeſſe viciſſim:
Eccleſi.xxv. Et facere alternis vicibus bene facta ꝑpinquis.
Luce.xi. Tempore iam noſtro non producuntur amici:
Quales argolicas quondam viguere per oras.
Achilles Filius ęquoreę nymphę formoſus achilles:
Patroclus Atq; Menœciades falſis confoſſus in armis.
Pylades Quas pylades laudes: prędonia quanta meretur:
Horeſtes Impiger inſanum nuſq; dum linquit Horeſtem:
Atq; per ignotas terras comitatur amicum.
Demades Quid demaden laudo? qd pythia carmine tollo?
Pythias Pignus amicitię ſolido qui adamante ligarunt:
Scipio Scipio magnanimus libyę dominator & arcis
Sydonię: charos recte eſt veneratus amicos:
Lelius Lęlius aſt itidem nobis exempla probatę
Prębet amicitię: cunctis imitanda per orbem.
Theſeus Theſeus argiuis timor & formido tyrannis
Qui fuit: & ſtygio victor bene notus in orbe:
Per diras acherontis aquas: per liuida regna:
Per vada lęthęi fluuii: per tartara nigra
Perithonus. Perithoum fidum comitem fuit vſq; ſequutus.
Heu nunq; tales nunc inueniuntur amici.
Prouer.xiiii. & .xxix. Vtilitas proprii cunctos iam vexat honoris.
Nulla fides: pietas: conſtantia nulla relucet
Eccleſiaſtici. xxxvii. Eſt animus nobis omni pernitior haſta:
Nec manet incurſu mens deprauata benigno.

De contemptu ſcripturę.

Si quis credere vult loquacitati:
Atq; omni fatuo: videns libellos
Tot ſcriptos/animę bonum docentes:
Ad noſtros fatuos parat rudentes

De cõtem ptu ſcriptu rę.

Credere ſcripturis nolit quicunq; vetuſtis:
Atq; prophetarũ diuinos negligit orſus:
Eſt fatuus/nugas potius dum querit aniles:
Q̃ bona cœlicolum ſapiens documẽta ſequat̃.

1.ad thim.4

Eccleſiaſti.ii. Credere qui ſcriptis non vult: qbus arma ſalutis
Marci xvi Conſtant: & fidei firmantur robora ſacrę:
Iohan.iii Non hominis vitam gerit is: quin more ferino
Pſ. xiii. Non putat eſſe deum: nec fata potentia cęli:
Nec ſuperos trepidat: dominũ nec credit olympi.
Nil iuuat aſſidua quoſdam laſſare querela:
Atq; docere bonos mores: vitamq; decoram:
Nec iuuat ætherei depromere munera regni:
Aeternoſq; choros ſuperũ: ſedeſq; beatas:
Nec prodeſt ſtygias vndas: erebiq; meatus
Pandere lęthiferos: cinctos liuentibus vndis:
Pſ. xci. Contio quid prodeſt fatuis? quid lectio ſacra.?
Quid prodeſt recitare ſacras per pulpita leges?
Prouer. xxiiii Dogmata quid proſunt a noſtris ſcripta ꝓphetis?
Sunt adeo obtuſi quidam: ꝙ credere nolunt
puerbio. xii. Scripturis fidei: & pręceptis iure probandis.
At certe hi fatui nullo terrore tenentur:
Nec duras barathri pœnas: nec verbera ditis
Eſſe putant: cęco ſic ducunt tempora curſu:
Inſanoq; nimis viuendi errore vagantur.
Lucę xvi. Ante pedes cernis fidei monumenta ſacratę:
Cernis & antiquas leges: chriſtiq; triũphos:
Nec tamen attendis quid nobis pagina dicat:
Vnde ſalus animę manat/ requieſq; perennis.
De cog. ſpi. cum vir Non tua ſimplicitas poterit defendere craſſos
Errores: qui te tandẽ ſub tartara mergent.
Ergo malam/ cuncti vitam emendare laborent.
Ecc. iii. Nam deus omnipotens ſceleratos lance tremenda
Math. xxi. Iudicat: & varias infert formidine pœnas.
Lucę xiii. Immittitq; animas orco quo luce carebunt.

De improuidis fatuis.

Qui non prius scit parare
Sellam: q̃ vult equitare.
Si is cadit inconsultus:
Risum mouens: erit stultus.

De impro uidis fatu= is.

Sunt alii fatui cupio quos rite docere
Ne semp mentis nubila cęca gerant.
Incautus fatuus/demens/impuidus/atq;
Ignauus: curat fata futura nihil.

puer. xiiii.

Seneca. Accidit aduersi sibi cũ: non ipse putassem
Dicit: & accepto vult sapere inde malo:
Eccles. xxxii Non tantũ lucis prẽsentis cernere cursum
Debemus: sapiens cuncta futura videt.
Post factũ: rebus fatuus qui consulit actis:
Stultitię effugiet vix mala damna suę.
Consultare prius qui scit: securior omni
Salustius. Tempore erit: nocuũ prẽuidet omne sibi.
Adam. Anteaq̃ fructum vetitũ gustauerat Adam
Si ꝑspexisset dedecus atq; nephas:
De paradisiaco non pulsus gramine/nudus
Exisset: facti prẽmia dura luens.
Ionathas. Antea si Ionathas caperet q̃ dona Triphonis
1. macha. xii. Voluisset fraudes: lęthiferosq; dolos:
Non circũuentus strepitu atq; hostilibus armis:
Spectasset populi funera dira sui.
Iulius cęsar. Iulius (externis metuendus Cęsar in oris)
Semper erat cautus: consilioq; potens:
Ast vbi tranquillo vitam ducebat in ęuo:
Languebant capitis ꝓuida facta sui.
Nam si legisset porrectas ante senatum
Chartas: interitus non properasset atrox:
Ense metunt dextrã linguãq; Nicanoris hostes.
Nicanor. Non erat incepti prouidus ille sui.
1 mach. vii. Qui bene consultat rebus: q. ꝓuidus omni est
Tempore: fœlici tramite fata subit.
Prouerbi. ii. & .xiii. Prodest quandoquidem cautę meditatio mentis:
Profuit examen: consiliũq; bonum.
Cernimus aduersis vrgeri casibus omnes
Prẽter consiliũ qui sua facta gerunt.

De amore venereo.

Insanos fatuos trahimus cũ fune ligatos:
Quisquis amat: passim retia nostra subit.
Decipimus plures: & sautia mẽbra sagittis
Percutimus: vulnus nulla medela iuuat.

De amore venereo.

Qui cytherea venus: sequitur tua iussa/dolosq3:
Et ꝑperat diros temptare Cupidinis arcus:
Is fatuus/miseros casus/& fata subibit.
Quas Venus insignes luxu ꝑstrauerit vrbes:

Eccleſia. xi.

Quos homines pharetris olim transfixerit atris:
Troia. Cõmemorare quẽo: ceciderunt pergama Troiẽ:
Priamus. Et cecidit Priami sedes: sceptrumq; superbũ:
Ob Paridis cẽcum: quo cum flagrabat: amorem.
M. anthoni9 Marcus romanẽ prinCeps Antonius arcis:
Non iugulo sua colla truci: lethoq; tremendo
Cleopatra. Fregisset: si non Cleopatrẽ iussa sequutus:
Et si non furia tanta tentasset amorem.
Ouidius Quisquis amat: ratione caret: sine lege: modoq;.
puer.v. Discurrit: patiturq; graues in amore dolores
Magna p̃mit cũctos: veneris vehemẽsq; potestas.
Nemo satis prudens: qui mollia spicula vitet.
Quem feriunt autem: stultus durabit & amens.
Nam sine mente ruit: constanti pectore nusq̃
Ambulat: ad veneris semper mandata recurrens.
Quisqs enim pueri pharetris transfixus acutis:
Ouidius. ii. In vultu nescit bene dissimulare furores.
metha.
phędra Si non spurcus amor phędram torsisset adultam:
Non tenerum collum laqueo fregisset iniquo.
pasiphae Pasiphae thauri non deperiisset amore
Si procul a veneris stimulo secura fuisset.
Nero. Non Nero fœdasset ventrem genitricis & aluum.
Messalina Non calidum intrasset proh Messalina lupunar:
Si quandoq; faces veneris vitasset & arcus
Ad miseros casus & magna pericla cupido
Subdolus & fallax sexum deducit vtrumq;:
S.Brant Addo his infames draucos/paticosq; cinędos:
in autẽ. vt nõ Quos contra/vltrices flamen/leges quoq; surgãt:
iux.cõ.na. Horret enĩ humanũ genus hęc cõmertia fęda:
col.vi.
Sodoma Ob quę flãmiuomo perierunt imbrę Gomorrę.

De peccantibus sup dei misericordiã.

Quisquis forte putat sola pietate moueri:
Et iustum pariter non putat esse deum.
Qz parcat vitiis semper miserator iniquis:
Humana penitus hic ratione caret:

De peccãtib9 super misericordiam dei.

Nunc fatuos referam quorum vesania crassa
Polluit hunc mundũ vitiis / & more prophano.
Sunt quidam tantę nunc impietatis: vt vsq3
Sancta dei spernant posito decreta pauore:

Daniel. iii. Spph. iii.

Eccl .v.et xci Is quía ſít cunctís míſerator gentíbus: atqꝫ
Pſ. lxxxv. Iuditíum non grande ferat: de crimíne mundí:
Sít píus atqꝫ bonus: nec íam mortalía curet
Omnía: peccantí líceat ſperare frequenter.
Pſ. cv. Humanum eſt peccare quídem: delícta parentes.
Fecerunt noſtrí: quę nos tortura manebít?
Alter aít comítū: non ſunt pía regna, vel aucís
Facta polí: aut brutís: veterū ſcit ſcripta referre:
Hiſtorías recítat: chartaſqꝫ, & bíbliopolas:
Allegat peccaſſe patres: homineſqꝫ priores:
Eccleſiaſtes.i Qꝛqꝫ nouum non ſít ſcelus vllū tempore noſtro.
Attamen (vſqꝫ velím) peccator penſítet íllud:
Qꝛ delícta patrum nunq̄ inpunita fuere:
Exodi.xx. Semper habet vítiū trutínam pœnaſqꝫ ſequaces.
Sodoma Non ſodomę luxus: non magna ſuperbía Romę:
Roma Non furor ín Moſſen toruus: rabieſqꝫ Pharonís:
Pharao Effugít iuſtam cęleſtís iudícis íram.
Sapien.v. Dat ſpacíum ad peccata deus: nō omnibus horís
Peccantem punít: tamen ímpía facta malorum
Iudícís æterní ſententía tríſtís in orbe
Iob xxi. Perſequít ſtygío: tenebrís flāmíſqꝫ ſeuerís.
Eccs ix. Sít licet vſqꝫ dei píetas ímmenſa: fauorqꝫ:
Luce.x. Gratía ſit numerís nullís pręſcripta, modoqꝫ:
Pſ. xlvii Non tamen a ſummo díuína aſtręa tonante
Sapien.i. Díſcędit: iuſtí remanet ſed dextera regís.
Eſaię .i. Tempore ſí noſtro, pœna ſíne, crímina currunt:
Morte ſed ęterna trepídanda píacula ſoluent:
Deutro. 23. O male ſperantes: magnus ſup ęthera prníceps
Eccleſi.ii. Iuſtítię normam ſemper legeſqꝫ tenebít
Cum quíbus ad fetídum ſceleratos trudet auernū.

De fatuis edificandi incœptibus.

Qui vult nunc ędificare:
Et quid magnum attentare:
Sumptus debet pensitare:
Quibus possit hoc parare.

De fatuis ędificandi incęptibus

Quisquis opus magnũ tentat cõponere: sumptus xxii.q.ii.faciat
Antea nec reputat: nec tempus cõputat ipsum:
Est fatuus plane. sapiens vero extruit illud
Quod potis est: tentatq; nihil quod ferre recusent

Vires: & rerum census: nūmiq; paterni.
Cœperunt multi struere alta palatia/ & ędes:
Nec vires valuere sue: sumptusq; futuri.
Pęnituitq; operis tandem illos non bene cępti:
Nabuchodo. Rex Nabuchodonosor fastu cōmotus iniquo.
Q; manibus Babilona suis/ struxisset/ amęnam.
Danielis 4 In caput illius tandem plaga magna refluxit.
Quam recinit nobis patrum sincera vetustas.
Excelsam turrim produxit in æthera Nemroth:
Nemroth. Genes x. Quam tumidi nunq̃ possent disrūpere fluctus:
Impfecta tamen molis structura remansit.
Diuitias grandes & plenos poscit aceruos/
Eccle.xxi. Qui molitur opus manibus cōponere vastum.
Ieremię xxii Vsq; adeo quidam fatui sunt qui satis illa
A cunctisq; irridenť stloppo atq; cachinno.
Magnificas ędes: opera & sublimia: pauci
Lucullus Tentarunt veteres: potuit fecisse Lucullus.
Crassus Istuc & Crassus: quo vix opulentior vllus
Floruit: Assyrias qui sparsit sanguine carras.
Quisquis magna cupit: factū quoq; nitiť ingens:
Sit cautus: nūmosq; suos/ & computet arcam.
Quid possint vires rerum: quid parta facultas:
Ne risum multis creet: & ludibria tollat.
Nempe alias operis cępti: atq; impensa laboris
Perditur: incassum molesq; incępta videtur.
Seruius i. ęn Inceptare nihil/ melius/ q̃ linquere cœptum.
in autē. de nō Qui facit id: damnū is sentit: labemq; notamq;.
alie. col. ii. Omne hominū inuentū tandem carriosa vetustas
Eccs. iii. Conterit; & rapido consumiť insuper ęuo.

De potatoribus & edacibus.

Paupertatis onus vix Ganeo pręterit ille
Noctes atq; dies qui bibit atq; vorat:
Illius ingluuies: crapula: immoderata voluptas:
Rerum: animę interitū: corpis atq; facit.

De potatoribus & edacibus

Hic etiam naues fatuorū scandit: & amplas
Contrahit antennas manibus/longosq; rudentes:
Noctes atq; dies vinum qui ingurgitat ori.
Et farcit stomachum dapibus victuq; guloso.

c. a crapula de vi. & ho. cle.

d. iii.

Esaię .v. Eccle.xxxi.
Nil agit hic aliud. q̃ q̃ certamina vini
Tractat: & euacuat calices/amplasq̃ lagenas:
Immoderata meri rabies: mala tristia morbi
Concitat: & nullis rebus discrimina ponit.
Iuuenalis.
Inducit subitas mortes: & tristia fata:
Osee iiii
Laxat corporeos nexus: prȩcordia soluit:
Polluit & sensus: caput &/geniũq̃ modestum
Luce.xxi.
Contaminat vinum: simul & crapulosa voluptas.
Vina nocent capiti: faciunt & pectora cęca:
Ingenium frangunt nitidum. mẽtesq̃ viriles.
prouer.xxiiii
Ebrietas parit omne nefas: & dedecus ingens:
Et parit insanos homines sine lege/modoq̃
Qui viuunt: sordesq̃ malas/luxusq̃ procaces
Obseruant: semperq̃ meri certamina versant.
puer.xx.
Ebrietas venerem stimulat: lumbosq̃ salaces
Incitat ad luxum: parit & petulantia corda.
Ebrietas ratione carens furiosa per orbem
Transuolat: & finem nullo discrimine ponit.
Ebrietas mores frangit: linguasq̃ loquaces
Efficit: & mentis secretum sępe recludit.
puer. vltimo Horatius.
Rancidius nihil est: nihil est sceleratius illis:
Herodotus.
Ingluuies quorum vino insatiata: fathiscit.
Iustinus li i.
Non Tomyris natus cecidisset victus ab ipso
Thomyris Cyrus.
Cyro: si tumidi vitasset pocula bacchi.
Q. Curtius Alexander.
Magnus Alexander morbo ebrietatis inepto
Correptus: gladio propriosiugulabat amicos.
Est modus in rebus: vini moderatior vsus
Eccles.xxxi.
Nil nocet: interdum sensus conseruat acutos.
Eccs̃. ii.
Qui sine lege bibit: magnas vacuando lagenas
Sorbet: ad extremũ pœnã experietur amaram.

De inutilibus diuitiis.

Diuitias molles clauſa qui continet arca:
Et conſeruat opes: cõcumulatq; ſuas:
Vſq; adeo / vt miſerum nunq; ſoletur amicum:
Hic aliquando petet cum nihil accipiet /

De inutili
bꝰ diuitiis

Pluríma ſtultícía eſt: votum quoq; ínane putamus
Qz colítur tantum funeſta pecunía: & ingens
Theſaurus rerum: & tam perfídus ardor habendi.
Díuítíis lectis maíores dant honores:

Luce. xvi.

Quã ſophię. meliore gradu ſtant munera dítis.
Níl mores colímus ſanctos: vírtutís amator
Nullus adeſt. anímos confundít copia rerum.
puer. xxviii. Híc ſapiens ſolus: íuris conſultus: & auctor:
Horatius. 2. ſ Díues in exhauſta nũmos quí poſſídet arca.
Curía ſola patet dítí/prudenſq; ſenatus:
Onidius. i. fa Solus habet laudes. conquírít ſolus honores.
puerbi. xiiii. Solus amícítías: lícet has virtute meretur
Iuuenalis. Nulla: ſed nũmís donantur prędmía tanta:
De cenſu ínprímís: de moribus vltíma ſemper
Quędſtío: quot paſcat nũmos: quot íugera campí?
Eccle. xiii. Quantũ quíſq; ſua nũmorum ſeruat in arca
Tantũ habet & fídeí. íuret lícet: & ſamothracum
Per veteres aras: contemnere fulmína pauper
Creditur: atq; deos/díís ignoſcentibus ípſís.
Quandoquídem tales ſanctiſſima díuítíarum
Prouer. xix. Maieſtas tollít títulos: & nomína confert:
Díuítíbus lepores: píſces: auíumq; ſapores
Atq; apri clunes: & quícquíd dulce macellum:
Mittítur: aſt vacuę ſemper ſtant paupís ędes.
Pſ. xxxvi. Ah veſana fames/& rerum díra líbído:
Quíd tamẽ hoc ꝓdeſt? quod deuorat oĩa auarus
Eccſ. iiii. Semper habens: níhíl & ieíuno ſufficít orí?
Pſ. xxxviii. Nec modus aut requíes: nõ hũc cumulauít aceruũ
Amos. ii. Is ſíbí. ſed lítes ſubitas poſt funera línquet.
Prouer. xi.
Math. xix. Vtílís eſt nũmus multís: ínglorius íllí
Marci. x. Quí neſcít ſeruare modum: legemq; modeſtam.
Quí níl pauperíbus doni elargítur amícís:
Luce. xii.
Thobie. iiii. Hunc deus omnipotens extremo fíne relínquet:
Nec capiet vultu placído ſua vota preceſq;.

De obſequio duoꝝ dñoꝝ.

Ille duos lepores venator captat in vno
Tempore: per ſyluas quos canis vnus agit.
Qui cupit ardenter dominis ſeruire duobus:
Hic pluſq̃ poterit: ſępe agitare volet.



De obſe=
quio duo=
rũ dñoꝝ.

Stultus & is: ſũmo qui vult magnoq; tonanti:
Et mũdo pariter quęrit ſeruire ꝑphano.
Nam veluti dominis qui vult ſeruire duobus
Raro fit: vt talis ſemp ſit gratus vtriq;.

Math. vi.
Luce. xvi.

glo.in l. fi.C. de assess. Qui captare duos lepores conatur/in vna
Hora: venator comitatus cum cane solo:
Vix sibi contingit leporem q̄ subleuet vnum:
Raro ferit metam: signataq̄ stygmata luto:
Qui pharetras multas tendit/variasq̄ balistas:
xvi.q.i. presbiteros Quisq̄s multa suis humeris imponere rex
Offitia: & solus vastos vult ferre labores:
glo. in c. accusatus de hereti.vi. Difficile est: semper licitum si seruet/honestū &:
Nunc huc/nunc illuc raptus/sine fine vagat:
Nec pede sic stabili poterit constare/locoue.
Aequora nunc sulcat: trabibus nūc p̄ mare currit.
Iam terram ignotam quęrit/gentesq̄ pererrat
c.diuers de cle.con. Raro diu perstat qui bina negotia gestat.
Qui facit vt placeat multis: hunc semp̄ oportet
Ecclesi.v. Quemlibet astute blandis palpare lacertis.
Si quid & aduersi contra se percipit: vsq̄
c.cū singula de p̄beu.li. vi Perferat: offitiis queat vt seruire duobus.
lxxxix di.c.i Verba det ingenuo quę sint permixta lepore:
Et quod sit placitū faciat semp̄q̄ loquatur:
Blandidulis cunctos verbis/manibusq̄ salutet.
Eccl .i.et ii. Iacobi .i. Ceruicem domini succis: & pectus inungat
Illecebris: quo sit solita non maior in aula:
Et caueat ne quē ad turgentē concitet iram.
Hic quia pręgrauidā gestat cū pondere molem:
c.quia ī tātū de preben. Otia rara simul: mentis rarāq̄ quietem:
Attamē offitii numerus pluralis/auentem
Efficit. vt lucri sudores perferat atri.
xxi.q.i. clericum Ecclesi.ix. Sanctius & melius: domnino seruire probato:
Atq̄ vno: possis cui per benefacta placere
Quam dño vsq̄ nouo famularier omnibus horis.

De nimia garrulitate.

Qui linguam frenat: rictus compescit & oris:
Mens angore huius tristiciaq; vacat.
Qui loquitur temere cadit in discrimina: sicut
Quę pullos prodit murmure pica loquax.

De nimia garrulita=te.

Garrulus atq; loquax q tempore blacterat omni: Prouer. xiii.
Ad nauē is properet fatuam: conscendat in arcē. Pș. cxxxix.
Carbasa ventus agit: fatui propate loquaces. Ecclesiasti. ix
Sunt plures quorū est summa oblectatio vitę: Iacobi. iii.

Ecclesiast.v. Summus & affectus linguã exercere procacem:
Dum tangunt: quod nemo volet tetigisse: merent
Inuidię telum: melius tacuisse profecto
Qui reticere potest cum magno forsan honore:
Prouer.xvii. Attamen eloquitur: nec vult compescere fauces:
Incurrit quandoq; grauis discrimina noxę:
Et casus miseros. melius strinxisse labellum.
Respondet qui sponte sua: non ante rogatus.
Iob xv. Se fatuum insulsum cunctis exponit: & offert/
Prouer.xviii Obscenę pariter cõmissa pericula linguę.
Sunt fatui plures qui garrulitatis iniquę
Lętitiam capiunt: & linguę gaudia vana:
Quę tamen interdum pęna plectunt acerba.
Hieremie 18. Multos lingua procax casus sufferre coegit
Osee vii Angustos: quid enim fallax delatio prodest:
Linguosus/sua cum phas est malefacta fatęri:
Atq; sacerdoti culpam proferre: silescit:
Nec verbum ructare potest: dum prędia cęli
Dantur: & examen miserum de crimine fertur.
Multi prudentes & sani forte fuissent:
Si se non proprię fędassent verbere linguę.
Pica Adsit in exemplum miseris/normamq; salubrẽ
Pica loquax. pullos quę garrulitate frequenti
Prodit: & ad nidum nimio clamore susurrat.
Pauca loqui: & castę seruare silentia linguę
Eccs̃.v. puer.xxv. Tutius & melius. qui respondere laborat
Omnibus: incurrit damnũ quandoq; molestũ.
Sermo placet modicus: moderato tẽpore fusus.
Eccs̃.iii. Virtus clara qdem est tutum seruare labellum.
Rite loqui fas est: quod bona lingua docet.

Inuenire rem alienam & non reddere
Inueniens aliq̃d proprios quod seruat in vsus
Istud & inuentum cogitat esse suum:
Tanquam iusta dei sinat id retinere voluntas.
Hunc dęmon fatuum decipit atq; ligat.

Rem alienam inuenire & nō reddere.

Feruor auaritię mea non sinit vsq; silere
Carmina: sed satyram tendere vbiq; meã.
Iccirco fatuos merito hic dicemus inertes:
Qui sua non solum: verum aliena tenent.

xiiii.q.v.si qd inueniſti.

l.cū querebat C.vnde vi
Inueniunt quidam thesauros: res alienas:
Vsibus obseruant hęcq reperta suis:
Et tenebris cęcis adeo sua pectora firmant:
Vt credant superos hęc tribuisse deos:
Non curāt ad quem dominū res perdita spectet:
Quod fortuna leuis obtulit: vsq tenent.
Audí: quem tanta trahit impietate cupido
Audí: nec renuas hęc documenta precor:
Augustinus.
A casu si res alienas inuenis: illas
Esse tuas nunq credas: aliena profecto
Sunt ea. quęso tuos: si quos in pectore sensus
Vsq geras: censor consule stulte tuos:
i.petri.iiii Deutro.vii.
An bona q proprio non sunt quęsita labore
Rite tenere queas? impius error adest.
Inuenías aliquid: quod nullo iure parastí:
Ad dominū debes mittere sponte suum.
Auge'. insti. de re.diui.i fi
Si non est notus/res ad quem perdita spectat:
Nescís & hęredes quos bona iure manent:
Inuentas debes tunc res in pauperís vsus
Vertere: mendícos hisq iuuare víros.
In proprios vsus qui vertit res alienas:
Quodq suum non est: conterit atq rapit:
Hic acherontęis animam demerget in vndis:
Excrutíans sese perpetuaq síti:
Thesauri raptor nil a prędone doloso
Díftat: res raptas prauus vterq premit.
xxxii. dis. erubescant Hiere.xvii Ps vii.
En deus omnipotēs: teq extra/atq in cute noscit:
Actus deinde tuos: noscit & ingenium!
In regula pec carū li.vi
Inuenies/si quod sacra iura tenere vetabunt:
Redde: nec inuentis pollue corda malis.

De eo q̃ in alios aĩaduertit/& met peccat.

Quiſquis iter planum poterit tranſire viator:
Quod monſtrat poſita dextera fixa via:
Attamen in cęno: atq; ſitu: craſſaq; palude
Ambulat: is ſenſu/ſeu ratione caret.

De eo qui
i alios anĩ
aduertit &
met peccat

Peruolat ad noſtros/cenſorum turba/phaſelos:
Qui procul aduertunt alienę crimina frontis:
Caſtigant facinus: quod nec cõmittere abhorrẽt
Et proprias vitii ſordes/ſceleriſq; patrati

Abſcondunt maculas: alios taxare parati:
iii.q.vii.iudicet etc.in grauibus. Omnia facta hominũ temere in conuitia vertũt.
Ridiculum naſum tollunt grandeſq; cachynnos.
Nec tamen aduertunt q̃ ſautia membra malorũ
Geſtent. & morbos vitioſo in pectore natos.
Sępe manus fixa in directo tramite campi
Monſtrat iter rectum: p̨ quod nõ ambulat ipſa.
iii.q.vii.tria Sic faciunt tales/hominũ delicta notantes:
Math.vii. Nec propriũ cenſent facinus: vitamq; pudendã
Lucę vi. Quiq; volunt oculo de fratris ſumere ſpinam:
Inſpiciant ſe ferre trabem: ponduſq; moleſtũ.
Iuuenalis. Multi ſe Curios ſimulant: duroſq; Catones:
Fabritioſq; probos: ſimulant ſanctoſq; Metellos:
Eſaię.ix. Multi Socraticam tentant oſtendere frontem: &
Grande ſupercilium: quorũ tamen impia vita eſt.
Et quorum tacita ſudant prę̨cordia noxa.
Cicero Nunc Ciceronis adeſt ſententia clara diſerti
Qua docet: vt nullus peccata aliena fatiget:
Hic niſi ſit vacuus vitiis/& criminis expers.
Multa tibi poſſem dare nunc prouerbia patrũ.
Lucę iiii. Nam veluti medicus qui alios ſanare medelis
Molitur: nec ſe poterit ſanare medendo:
i.q.i.multi Sic agit ille quidem: qui alienos carpere mores
Gliſcit: & inpropriis delictis turpiter hę̨ret.
Sunt plures: aliis bene conſultare ſciunt qui:
At ſibimet nequeunt licitum ſuadere & honeſtũ.
xliii.di.ſit rector xl.c.fi. Vos quoq; preſbiteri: populo qui concionatis
Iuſſa dei: fideiq; ſimul pręcepta ſacratę:
Quando alios homines verbis culpatis & ore:
Vita ſit inmunis veſtra/& ſine ſorde probata.

De contione ſapientię.

Quem ſacra delectat diuũ ſapientia: quiq;
Pectore flagranti dogmata ſancta colit.
Hic cunctis pręſtat: claroſq; meretur honores:
In cęlo datur & digna corona ſibi.

De contio ne ſapien= tię.

Clamat voce graui populo ſapientia cuncto
O genus humanũ ad noſtram concęde cathedrã. puer. i. & viii
Diſcite quid recti doceant mea verba/boniq;:
Diſcite mortales caſtę monumẽta Mineruę e. i.

Et ſacrę pariter ſua dogmata diſcite linguę.
Stultitiam craſſam tota deponite mente:
puerbi. xiii. Quęrite doctrinam/qua conſtat vita/ſaluſq;.
Quęrite dulce ſophos: funeſta pecunia nuſq̃
Allíciat veſtros animos ad crímina ſpurca.
Sardonyches fuluos ſuperat ſapientia/& aurũ:
Argentũq; ſimul/gẽmas/nitidoſq; berillos:
Non Adamas melior: nõ eſt Magneſia cautes.
Eſt maior toto ſapientia ꝑuida mũdo.
Quícquid & optarí poterit: nõ pręſtat aceruũ
Aequalem ſophię: cunctis pręſtantior ipſa eſt.
Eccle. xxxvii Nil habet ęquiualens: ſímilis nec gloría fulget.
Conſiliís princeps toto dominatur in orbe.
Temperat hęc vrbes: populos: magnũq; ſenatũ:
Corporis hęc prębet vires: & corda polita.
Clamitat ad cunctos ſapientía: voce tubalí:
puer. viii. Me duce ſceptra tenẽt reges/rutílaſq; coronas:
Hís mores legeſq; dedí de pectore ſacro:
Me duce príncipibus regna obſeruanť auíta:
Eccleſi. xxi. Ac per me gentes: ſíncera lege reguntur:
Quę mala ſtultitię fugíunt: cęcoſq; furores.
Qui me ríte colít: q̃ me veneratur: amatq;:
Hunc veneror: mitíſq; ſequor/cũ laude perhennί:
Prouer. iii. In me diuitię ſacrę: theſaurus & ingens:
Et bona fœlícis conſiſtuut pręmia vitę.
Me deus ęternus díuíno numine obumbrat:
Nataq; de cerebro: ſum maguũ & ſparſa ꝑ orbẽ.
Cęleſtis per me maieſtas cuncta parauit:
Et ſine me níhileſt in cœlo/atq; orbe creatum.
Proũer. i. Inſipiens igiť qui non mea dogmata tractet.

Iactatio & confidentia fortunę

Se fortunatũ/fœlicem/seqꝫ beatum
Qui putat: & sorti nimiũ confidit iniquę:
Laudat & extollit fortunam: sentiet olim
Cum minime retur: tectum crepitare domũqꝫ.

Iactatō & cōfidentia fortunę.

Hic quoqꝫ dignus erit nostra rate/siue lyburno
Prouehi: & insipidum stultus adire chorum: pucr. xxviii.
Qui iactabundus fortunã semp in omni
Arridere sibi re putat: atqꝫ cuoit.

Et iactat ꝙ se gremio fortuna benigno
Respitiat: sint & ꝓspera cuncta sibi:
Esaię lxv. O fatue: enormis quę te vesania torquet?
Quorsum/te rerum fata caduca trahunt?
Cur nimium subitis audes confidere rebus?
Cũ bona fortunę non stabilita: ruunt:
Incassum iactas vanę ludibria sortis:
Fœlix qui se non implicat hisce bonis.
Augustinus. Iactas diuitias: iactas ꝙ copia rerum
Te beat: inꝙ manus ꝓspera multa fluunt.
Iactas successus faustos/& sortis aceruos:
Cum finẽ incertũ sors tamen omnis habet.
Pęstifero multos fallit sors nubila vultu:
Seneca in hercu le furęnti. Instabilemꝙ trahit nõ bene fida rotam:
Stultus quem passim reꝛ successus inescat:
Confidit rebus qui bene fortuitis:
Dęmonis horrendi: mihi credite: filius hic est:
Posthabitis superis: qui bona vana colit.
Quem stygius Pluto conatur fallere: rerum
Prouer. xxi. Huic cumulũ pręstat diuitiasꝙ malas:
Luce. v. Quę damnant hominẽ sitibundũ in gurgite fusco
In quo ranarum pessima turba fluit.
Stultus qui iactat fortunę commoda: certus
Prouer. i. In quibus/& stabi is non soletesse gradus.
Fortunam patienter habe; nec prospera iactes
Fata: hodie diues: cras quoꝙ pauper eris.
Iuuenalis. Non in fortunę manibus fœlitia rerum
Munera dependent sed deus illa tenet:
Et mutat quodcunꝙ volet: tu stulte profanam
Ne sortem extollas nũq̃ ea firma manet.

De nimía curioſítate mortalíum.

Quí curas hominum cunctorũ ferre laborat:
Nec proprios fructus: nec ſua damna videt:
Is quoq; ſit patiens: & diſcat ferre dolores
Si premítur mundí mole/ruatq;/graui.

De nimía curioſítate mortaliũ.

Quí plus ferre cupit: propríis portare lacertís
Q̃ valet: hic fatuus ſua ſponte pericla ſubíbit.
Imprudens etenim quiſquis ceruice parata
Vult molem ſufferre grauẽ: & iuga triſtia ſolus.

de renũ.c.i.
in prĩ.li.vi.
Prouer. xxv.
Eccleſi.iii.

Cum ſit opus multis talem portare laborem.
Proverbi. xx. Qui dorſo imponit ſpatioſi ponderа cœli:
Eccle.i.et xiii Et capit id quod ferre nequit: velociter iſte
Corruit; & cepti hunc tandē imprudētia mordet.
Hiſtorię nobis recinunt exempla: ꝙ ille
Iuuenalis Alexander Magnus Alexander toto ſudaſſet in orbe.
Europę atq; Aſię fines: non deniq; mundus
Suffecere ſibi: tanq̄ pro corpore paruo
Non ſatis iſta foret tellus q̄ iure teneret.
Attamen exigua tandem compoſtus in vrna:
Sarcophago cōtentus erat paruoq; ſepulchro.
Eccle.vii. Mors horrenda docet: quo quis cōtentus abire
Debeat: & qualem ſectent̄ corpora finem.
Diogenes Horatius. Cynicus ille/fuit grecis plus diues in oris
Cognitus: & ſophię celebris preceptor & auctor:
Non edes magnas: non hic ſublimia tecta
Queſiit; at vacuo ſpeculatus vaſe: forato &:
Aſtrorum motus: curauit ſecula nuſq̄.
Magna quies iſtunc atq; ocia blanda manebūt
Qui forti curas abigit de pectore vanas:
Haud onus imponit dorſo quod ferre recuſat.
Iuuenalis Maxima qui temtat: voto qui concipit alta:
Pondus & aggreditur rerū: tolerare laboret
Grandia: quę mordax imponit cura lacertis.
Prouer. xvii. Quid iuuat ingentē manibus ꝙ vincimus orbem?
Sapien.v. Angorem fruſtra patimur: curaſq; moleſtas?
Math. xvii. Si tandem hanc animā/ſtygias mittemus in oras?
Qui curat quid mūdus agat: quo cęſar in orbe
Martem agitet: nunq̄ tranquilla viuit in hora.
Sapien.vii Stultus & is: curans ꝙ nec mutare valebit.

Mutuum accípere.

Haud facile emergit q̃ ſemper mutua ſumit:
Nam lupus/eſt metę tempora nulla vorax.
Calcitrat hunc aſinus plantis quandoq̃ recuruis
Seraq̃ mortiferi damna doloris agit.



Mutuum accípere.

Multiplicata ſuis manibus qui mutua ſumit
Era: hic verſuram ſoluere ſtultus habet.
Profuerit q̃ parum q̃ metam & tempora tarda: Prouer. xxix
Soluendi ſtatuat: mox quia tempus abit. Eſaię. xxiiii

Pš.lxxi. Expoliant vſura vorax & fœnora multos
puer. xxviii. Cenſibus: ingratam pauperiemq; creant.
Lucę vi. Sępe etiam nudos homines facit ęs alienum.
Mutua pauperibus exitioſa nocent:
Quid tamen hoc ſimili: p̄ſcriptę pagina legis:
Aut Satyrę excurſus: ſignificare velint:
Accipe: nam fatuos vitiorum ſemita trita
Quos trahit: & ſcelerum: ſignificare volo.
Aſſiduo peccant: vetitę quoq; mutua ſumunt
Legis: & impuro fœnora corde fouent.
Peccati cumulū faciunt: atq; aggere magno
Eccš. vii. et 8. Conſtituunt molem: ponderibuſq; grauant.
Imponūt humeris tremulis ſic grande capiſtrum.
Pondere ſub poſito cunctaq; membra tremūt:
Non vt peccatum cumules: tibi tempora donat
Ecclę. xii. Hęc deus: emendes ſed malefacta petit:
xxiii. q. iiii Vindicat interdum mortales verbere diro:
nabuchodo/ Viſitat & lento crimina ſępe pede:
noſor. Adſit in exemplum Sodomorū tarda ruina:
Sodoma' Qua cecidit iuuenis: decrepituſq; ſenex.
Gene. xvii. Et Solymę prębent nobis exempla vetuſtę:
iiii. Re. xvi. Propter peccatum quę ceci dere malum:
Thobię. xiii. Nilicolas itidem plagis ſubitiſq; ruinis
Michee. iiii. Ob ſcelerū molem triuerat ipſe deus.
Exodi. iii. Et plagis variis recutitę ſemina mentis
Affecit: quamnis gens benedicta foret:
Iohelis. iii. Mutua qui ſumit nequeat quę ſoluere: ſtultus.
Amos. ix. Nam metam poſitam nō lupus ipſe votat.
Eſaię. i. Sic deus omnipotens tribuit tibi tempora vitę.
Prouer. xxii. Non vt peccatum: ſed bona perfitias.
Thobię. xiii
Ezehch. xviii

De inutilibus votis & petitionibus

Qui ſuperos paſſis manibus/votiſq; precatur:
Nec tamen ex iuſto pectore vota fluunt:
Quod petit a ſuperis votũ non percipit illud:
Materiam riſus deinde aliquando dabit.

De inutili bꝰ votis & petitõibꝰ.

Carpimꝰ hac Satyra optatꝰ quoq; & ipſa vota:
Quę temere a ſuperis nulla ratione precamur.
Voto/homo ſępe petit: quę non intelligit ipſe.
Sed quę triſtia ſint diſcrimina forte datura.

Pronet. xviii
Eccl̃s. vii
Lucę. xx.
Iob xxi.

Midas Rex phrigum. Ouidius. metha.xi
Adsit in exemplū Midas rex: supplice voto
Qui temere optabat ꝙ quicqd tangeret: aurum
Esset: & hinc stolidę damnosa optatio mentis

Persius.i. sa. puer.xvii.
Huic fuit ad pęnam. nam panis versus in aurum:
Atq; merum fuerat: sic voti damna luebat:
Auriculas asini fatua vt ceruice referret:
Multi diuitias optant censusq; superbos
Et manibus quatiunt: Iouis atq; impellere tentāt
Aures: nūmorum vt magnum concędat aceruū.

Sapien. viii.
O male vouentes: funesta pecunia multos
Casus ad miseros & tristia fata retrusit.

Lycinus. Crassus Crœsus
Quid lycini prosunt ędes: quid iugera campi?
Quid crassi census? quid Crœsi maxima gaza?
Non faustum nacti finem: non funera recta.

Iuuenalis
Poscit opem neruis quidam/longamq; senectā:
Poscit & in longis opulentus viuere sęclis:
Quem tamen assiduę crapulę/tucetaq; crassa
Debilitant: neruosq; terit lasciua voluptas.

Ad hebre. 8. puer. xvii.
In pœnam multis fuit olim annosa senectus
In qua sollicito sudamus sępe dolore.

Peleus. Nestor. Laertes
Peleus: & Nestor viuax: Itacusq; Laertes:
Questi sunt seram nimiū tardamq; senectam.

Horat. i arte
Accedunt senibus quandoq; incōmoda multa.

Sapien.v.] Eccles.xi.
Tum trahit ad votū quosdam mundana potestas
Exitium quę sępe parit/mœstamq; ruinam.
Exoptant alii formosos corporis artus:
Atq; animę iccirco perdunt plęrumq; salutem.

Iuuenalis
Optandum est/vt sit mens sana in corpore sano
Et bona fama: fides: & morum vita bonorum:
Et sedeat virtus in casto pectore fulgens.

De inutili studio.

Qui studium exercet vanum: sterilemq; palęstrã.
Et frustra studii tempora cœpta terit:
Ad partes satyrę veniat/stultasq; cohortes:
Vt videat quid sit perdidicisse nihil.

De inutili studio.

Nunc superest satyrę: fatuos vectare studentes:
Qui cappas humeris portant/longosq; cucullos:
Vnde trahunt post se capparũ in puluere caudas:
Et se scire putant/quod nõ didicere studendo.

Ad hebre. v.
Ad Roma. i.
Eccles. xliiii.

Eccleſi.xxv. Dum ſtudiis teneros deberent tradere mores:
In plateis potius ludibria vana ſequuntur.
Nil ſtudii fructus curat male ſana iuuentus:
xvi.q.i.ſic viue Cogitat haud artes magna ratione repertas:
Sed potius fatui ſtudio laqueantur inerti:
Vnde nihil morum: nihil & virtutis habebunt
At ſophia eſt veterũ/magno ſudore paranda:
Seneca epiſtola xviii. Ocia nil poſſunt pręſtare ignaua ſtudenti:
Hinc magis admiror: ꝙ multi errore profano
Nil niſi nunc manibus triuialia grãmata voluunt.
Grãmatices Priſcę ſincera volumina ſpernit:
Cuius Alexander gallus pręcordia turbat.
xxxvii.di. nonne Hic logicę nodos ſoluit ſermone rotato:
Et ſylogiſmorum cum garrulitate moleſta
Currere nũc Sortẽ clamat: nunc ſtare Platonem
Blacterat: & neſcit verbis imponere finem.
Eccleſi.xvi. Ars logicę/falſo nodos/& retia cauta
Nectit: & explicitum/tenebras deducit in atras.
37.di legim9. Noctes atꝙ dies ranarum murmura rauca
Effunduntlogicę verboſaꝙ dogmata clamant.
Talibus illecebris violatur prima iuuentus
Vtile nil quęrens: nil delectabile guſtans.
Eccleſi.viii. Hic volat ad Wiennã: tenet hũc Erfordia magna:
Hunc Baſilea fouet. Lyps iſtum Barbara tellus:
Hic mare ſulcauit: gentes hic vidit Iberas:
Vidit & hic gallos: & magnę męnia Romę.
xii.q.ii. gloria epi glo. in c.tũ ex litteris. de iu inte. teſt. Prouer.xiii Ad patrios tandem redeunt ſine laude penates
Et ſine doctrina: cappas ceruice ſuperbas
Geſtant: pro ſtulto quę reſpondere ſtudente
Poſſint: incaſſum tractarunt tempora prima.

Temere loquentes contra deum

Si deus annueret precibus/noſtriſq; petitis
Semper: & ad votum cõcęderet omnia: plures
In lachrymas fluerent męſtas: fletuſq; moleſtos:
Stultitięq; ſuę captarent prędia iuſta.

Temere lo quẽtes cõ= tra deum.

Vanã operã impendit: fatuos ſtultoſq; labores
Qui ſolis radios igne iuuare putat
Et face ſuccenſa: ſe credit lampada phœbi
Augere: vt plenũ plenius efficiat.

vi.q.i.ſi oĩa Eccleſi.iii.

Stultior ille tamen: superi qui facta tonantis
Atq; voluntatē corripit ætheream:
Hic superat stultos omnes: vesanior hisq; est:
Eumenides quoq; pectora surda premūt.
Ad Roma.x. Namq; dei nostri tanta est sapientia/virtus/
Iustitia/ingeniū/gloria/fama/decus:
Esaię.xl. Consiliū tantū/maiestas: tanta potestas:
Non egeat nostro vt sceptriger auxilio.
Prouidus & sapiens adeo est/qui cuncta creauit:
Qui mare: qui terram: stelliferūq; polum:
Vt sua nec minui poterit diuina voluntas:
Ne ue hominū augeri/possit ab ore magis.
xxxii.di.eru bescant. Omnia dispensans moderatur: & omnia nescit:
Cordaq; scrutatur: hunc latet atq; nihil.
Omnia disponit sollerter: legeq; certa
Singula constituit: prętcrit huncq; nihil.
Seu deus ergo tonat: niuibus seu spargit harenā:
Seu vibret forti fulmina dira manu:
Seu ros æthereū mittit: siue astra serena:
Effundit: nimbos seu deus horrisonos:
Sapien.i. Non homini fas est diuina lacescere iura:
Iactare & contra verba maligna deum:
Pš.ciii. Sapien.xi. et xii. Omnia disposuit sapienter/maximus hic quem
Corripis incassum stulte ꝓterue deum:
Eccles.xxiii. Vindictā quęris scelerum: pęnamq; malorum:
Cum temere irrumpis: visq; docere deum.
Murmura non fas est: crepitantia verba: susurros
Aduersus summū pręcipitare deum.
Nūeri.xiiii. Iosuę.ix. i.corinth.x. Israhel interiit totiens sic murmure turba:
Stultorū hoc cecidit pars quoq; magna modo.

Qui alios iudicat.

Se iuſtum quicunq; putat: vitaq; probatum
Iudicat atq; alios homines/cenſetq; nocentes:
Nec contemplatur ſe met: capit ille ruinã:
Sit licet in caſu: cunctos notat ipſe cadentes.

Qui alios iudicat.

Stultitię vitio metuenda pericula multi
Incurruut: mortis exitiũq; graue:
Quos ſpes vana trahit vitę: fauſtęq; ſalutis
Proſperitas: quę mox fluminis inſtar abit.

Eccl̃ſ.xi.
Math.vii.
Luce.vi.

puer.xxiiii. & xxvi. Se putat esse bonũ se iustum: seqꝫ potentẽ:
Magnanimũ/ & nullũ posse subire malum.
Non metuit mortẽ: quoniã spe ductus inani:
Eccẽs.x Floccifacit post se quicquid in orbe manet.
Horatius ĩ ep Quicquid delirant alii: mox carpit iniquo
Dente Theonino: nec sua facta videt.
Sed fatuus quiuis spem pectore seruat inerti:
Qua sperat sese viuere posse diu.
Math.vii. Ad Ro.ii. Si videt alterius mortem vitęqꝫ ruinam
Affore: non meminit se prope posse mori.
Eccles.xi. Mox causam fingit: citius cur raptus: aitqꝫ
Non alias validus/nec bene sanus erat.
Eccles.38. Quin tristis: nigro & suffusus sanguine: plenus
Et scelere atqꝫ dolis: improbulusqꝫ fuit.
Propterea omnipotens excelsi rector olympi
Fecerat hunc subita morte perire virum
Post mortem fatuus sceleratus/iudicat illum:
Forsitan ætherei quem fouet aula poli.
Sapiẽtię.iiii Inter cœlestes sua qui solatia ciues:
Nectare & ambrosia fors bene pastus habet.
Eccles.xxi. Iudicat alterius mortem: qui compede strictus
Est scelerum: & vitiis membra ligata tenet:
Eccẽs vii. Nec metuit pœnã: neqꝫ mortis tempora: quę mox
Obseruans lachesis: stamina fessa secat.
Seneca. Apoca. xviii Terminus incertus lœti est: incerta diesqꝫ: &
Hora: volant tacito tristia fata pede.
Vir bonus & iustus: falso quandoqꝫ putatur
Esse malus: nosci pectora sola deus.
iii.q.vii. iudicet. Iudicat alterius vitam quicunqꝫ/probatum:
Sincerum/ & iustum condecet esse virum.

De pluralitate beneficiorum.

Quisquis cupit possidere plura benefitia
Multa solus obtinere possit & offitia
Plus imponit hic asello q̃ portare poterit:
Mortem saccorum misello multitudo parturit

De plura=
litate bene
ficiorũ.

Sunt: quibus est animus benefitia plura tenere
Et sacrum manibus contaminare bonum
Nec satis illa valent vigili curare labore:
Susceptũ nec onus pficere arte queunt.

de pben. quia
in tantũ .et c.
de multa

Eccle.xxxiiii Qui ſaccos aſino plures imponere tentat:
Morte fatigatum deſtruit ille pecus.
Et quem ſola quidem poſſet prębenda fouere:
Illius ad vitam quę ſatis vſq; foret.
Hunc ſed amor nummi funeſta pecunia: cogit
Abſq; modo & numero congerere vlterius.

c.auaricię de preben. Qui cupit aſſiduo benefitia plura tenere
Copia nec rerum quem ſatiare poteſt:

xlvii.di.ſicut Vſq; adeo cęcatus erit: preſſuſq; tenebris:
Neſciat vt curas cõnumerare ſuas:
Hunc nocturna quies nunq; ſolabitur vlla:
Semper hiat: nullo limite vita iacet.
Saccum hic circumfert in quo non fundus habet:
Sed ieiuna fames: atq; cupido vorax:
At magis indignum eſt aſini/indocti/imq; periti
Qz magis hęc faciunt: cuncta tenere volunt:
Eccleſięq; bonis nulla virtute fruuntur
Atq; deum vana relligione colunt.

xvi.q.i.c.vlt. xxiii.q.viii. conuenior. Hęc bona pauperibus largiri cœlica debent:
Vſibus at prauis ſic cumulata ruunt.
Dicite pontifices quid vos benefitia multa
Confertis ſtultis? qui ratione carent?
An quia iumẽtiſq; aſiniſq; imponere phas eſt
Cunctorum vt ſaccos atq; onera vſq; ferant?
Quin etiam peius: contenti munere nullo
Conducunt cenſus: mutua lucra locant:

Actuũ viii. i.q.i.petrus et c. qui ſtudz iiii. Regũ. v. Hos nec apud ſatis eſt Hieſy cũ ſymone tutus:
Mangones licitant: vendita rurſus emunt.
Plures quiſq; igit prębendas poſſidet: ille
Extremã expectet cum Ioue tartareo.

De eo q̨ exceptões q̃rít ad emendandũ ſe.

Quí cantum coruí/cras cras ímítatur: & vſq̨
Cras canít: haud anímo fata caduca notans:
Semper aget fatuum: nam confidentia ſtulta hęc
Dícitur: illuſít ſpes ea ſępe ſuos.

Quęrentí exceptões emẽdandí ſe.

Cuí deus omnípotens de cœlo numína mittít:
Illíus & mentem luſtrat: quo certíus índe
Omne nefas purget: vítę & delícta pactę/
Emendet: ſcelerumq̨ graues elímínet actus:

Pſ. xciiii.
Ad hebre. iii

Sit licet hic positus vitiorum in flumine magno:
Sentiat & molem: qua mens agitat iniquam:
Et spatiū vitę quo recte viuere posset:
Groccitat attamen hic corui de more canendo
Cras cras: in melius vitam mutabimus: aut cras.
Eccles.v. Hinc stolidum/insanū/& stultū dicimus omnem:
Qui se victurū cras asserit: atq; fatetur:
Cum tamē in foribus mors assidet omnibus horis
puerb. xxvii. Sera nimis vita est quę fert crastina: qui scis
Ouidius An te fata sinant tam longo viuere cursu?
Cras minus aptus eris: hodie bene viuere debes:
Esaię. lvi. Et purgare caput: quod cum sudore grauatum
Pondera peccati gestat: curasq; minaces:
Ad mala veloci volitamus cum pede semper:
Atq; hodie facimus ea: nec differre putamus
Iacobi.iiii. Longius: ad q; nephas pręsens nos mācipat hora:
Et festinamus semper ceruice parata/
Illa tamen nobis possunt que ferre salutem
Spernimus: insanos sic nos dementia turbat
Si forte immineat scelerum confessio nobis:
Diffugimus: rauci repetentes murmura corui.
Et duo cras: aut plus/fatuo ructamus ab ore
Eccles.x. Implacata tamen: si mors irrepserit: vt te
Math.vi. Auferat: atq; aiam sub tartara nigra remittat.
Lucę x.i. Tunc velles feciſſe bonum: potuisse nequibis:
Tunc tua sera nimis vox & querimonia: cras cras.
Esa.xxii. Stulte quid exigui te temporis oro voluptas
i.corinth.xv. Detinet? illa ruunt: & fluminis instar abibunt.
Prouer.iii. Incipe cœlestes hodie perquirere sedes:
Crastina pręcipitet ne te cunctatio vana.

De custodia mulierum.

Custodit pulices fatuus sub sole calenti:
In puteum vndantem & flumine/portat aquã:
Qui gerit vxoris curam:metuitq; pudoris
Quę sibi ni custos fuerit:custodia vana est.

De custodia mulierum.

Stultior/atq; magis furioso insanus Horeste est: Iuuenalis vi.sati.
Spiritus & vexat huuc male zelotypus:
Qui gerit vxoris curã: & custodiam inanem Eccles.vii.
Noctes atq; dies: sollicitusq; tremit; Num.eri.v.

Eccleſi.xix. Angorem fruſtra toleras: fruſtraq; labores
Suſcipis: incaſſum te tua cura necat.

Iuuenalis Prouer.xxx. Pone ſeras: cohibe greſſus mulieris: & omnes
Saltus: & vigil hic latret vbiq; canis:
Conſeret & fortis pręcluſas peſſulus ędes:
Cuſtodes habeat & domus vſq; ſuos:
Quis tamen interea ſemper cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? vxor ſi volet eſſe procax?

Eccleſi. xxv. Fœmina producit quam non natura pudicam:
Raro fit/vt ſeruet vincula caſta thori.

Prouer.xii. Fœmina ſed quę vult tenerum ſeruare pudorẽ:
Et thalami pignus coniugiiq; fidem:
Vinciri debet nulla compagine ferri:
Nec ſtructura grauis hoſtia caſta premat.

Danae Ouidius .4. metha. Non turris/Danaes potuit ſeruare pudorem:
Amiſit ſtupro dona pudicitię.
Iupiter auricomũ flagrans conuerſus in imbrem:
Virginis in gremium fluxit: adulter erat.

Penelope Homerus. in odiſſea Ouidius in epiſt.heroi. Libera Penelope fuerat per tempora multa/
Abſenti retinens membra pudica viro.
Circa illam q̃uis volitaret turba procorum:
Infracto manſit hęc tamen vſq; thoro.
In vetitum plerumq; nefas cuſtodia pellit
Vxores: vetiti damna pudoris olent.

Eccleſi. xxvi. Seneca in declama. Fœmina iucundos mores vitamq; probatam
Induat: vt famam comparet inde ſibi.
Et cetus hominum fugiat: vetulaſq; procaces
Et fugiat vafri murmura blanda proci.

Helena Ouidius in epiſt.heroi. Si non legiſſet Helene reſcripta doloſq;
Idęi Paridis: non male rapta foret.

De adulterio.

Est fatuus qui scit vigilanti stertere naso:
Et faciem dygitis contegere vsq; suis.
Vxoremq; suam subigi permittit: & audit
Illecebras: ridet subdola catta iocos.

De adulterio.

Res miserãda quidẽ/ & censura digna Cathonis.
Q; vult coniugii nemo tenere fidem:
Nullus adulterii legem/ aut pia iura vereť:
Iulia lex dormit: pœna vetusta silet. f.iiii.

xxxii.q.vii
quid in oĩb⁹
Sapien.xiiii.
Ad Roma.ii
Hiere.xxix

Non mulier nec vir ſacrati fœdera fulcri
Conſeruare ſolent: męchus vbiq; iacet:
Iuuenalis vi. ſati. Multis digna quidem res & laudanda videtur
Alterius lectum concutere/atq; thorum.
Leuiti. xx Deutro. xxii. Nec pudor vllꝰ adeſt: nemo enſē/aut ſaxa vereť:
Iuditium parcit: pena remiſſa iacet.
ff. ad. l. iul. de adul. Heu vetus in męchos tua lex tua Iulia dormit
Cęſar: ab Elyſiis fontibus oro veni.
Turpius idq; magis: ſunt qui ſpectare lacunar
Iuuenalis Docti: vt per thalamum cautus adulter eat.
Apponunt dygitos oculis vigilantibus: atq;
Permittunt ſubigi pignora chara thori.
c. quēadmodū de iu. iu. Prouer. xviii Vxoris ne ſcelus audes ſpectare pudendū:
Cognita nec culpas probra? marite taces?
Atreus Seneca ī thy. Expulit a regno fratrem Pelopęius Atreus:
Fœdaſſet proprii q; ſibi iura thori.
ff. de adul. l. ſtupor Atq; duos natos mactauit funere męſto:
Quo luerent mœchi crimina fœda patris.
Lucretia xxxii. q. v. lucretia Ingens clamor erat quando Lucretia paſſa eſt
Stuprum: a laſciuo contaminata viro.
Tarquinius expulſus Collatinus enim coniunx rumore leuato
Tarpeia regem pellit ab vrbe malum.
Clodius Clodius in cunctis dominať gentibus: eheu:
Clodius impune tractat adulterium.
Heu mala dira parit putidę męchatio mentis:
C. de adul. .gracchus Proſiliunt irę/mortis & exitium:
O vos mortales concordi viuite nexu:
Fœdera quid thalami ſic violare iuuat?
Prouer. vi. Sit veneranda fides vxoris: ſitq; mariti:
Mutua ſint ſemper gaudia: paxq; frequens.

Semper fatuus

Eſt qui contendit ſe prudentem vſq; putari
Cũ ſapiat penitus nil (mihi crede) boni:
Non diſcit mores: non eſt virtutis amator:
Sed manet infœlix anſer/ vt ante fuit.

Semper fatuus:

Qui bona multa videt: preclas perlegit artes:
Audit & egregium quicquid in orbe viget.
Virtutis monumenta sacrę: moreſq; polítos
Conſpicit: & ſtudii flumina amęna videt

Prouer. xv. et xxvi.

Seneca. peg/ natõ nõ facit medicum. & nulla ars dis/ citur loco.

Gymnasium: ludos celebres: spectacula mundi
Lustrat: & arrectus per loca multa volat.
Nil tñ addiscit: neqꝫ enim hęc monumẽta vetusta
Prosunt: vt melior fiat & vtilior.

Eccles. xxix.

Quicqꝺ habet rerũ alterius collecta supellex
Aedibus id semper glíscit adesse suis.
Hoc desiderio stultíssima vota notantur:
Res semper fatuis ex nouitate placẽt:

Prouer. xvi. Luce xv.

Ad gentes currunt varias populosqꝫ peragrant
Ignotos: lustrant quicquid in orbe iacet.
Ne quid in externis maneat regionibus vsq̃
Intactum: peregre stultus vbiqꝫ volat.
Ad Patauí múros: ad celsę mœnía Romę:
Ad Solymas currunt: Assyriosqꝫ lares:
Currít ad Lybien: penetrant Memphítica regna:
Pyramides lustrant. Attica regna vident.
Attamen apportant sapientis prędmía nulla:
Non specimen morum: non decus ingenii:

Horatius. in episto.

Cœlum non animũ mutant qui transmare currũt.
Stulti discedunt: mox fatui redeunt.
Possumus hos mores inter cęnacula nostra
Díscere: si imprudens vis fore: siste pedem:
In patriis laribus tam stultas carpimus artes.
Non aliena opus est perquirere inde loca.

Plato. de quo Hiero. in plo go biblię

Quin animo exculto diuinum imitare Platonẽ:
Vt saperet doctos quęsiit ille viros:
Nec sine doctrina Graias concessit ad oras:
Quo tandem ingenuas cõcumularet opes.

Ad hebr. xiii

Quisqꝫ ab ęde sua patria/ volat improbus anser:
Ille domum rediens/ anser vt ante/ manet.

De íracundia ex leuí cauſa.

Aſſíduís flagrís tardum quí pungít aſellum:
Sępíus ad longas corruít aurículas.
Ira breuís furor eſt: níl índignatío prodeſt:
Síncerę mentís eſt ínímíca mínax.

De íracun
día ex leuí
cauſa.

Híc fatuus ſemper pígrum conſcendít aſellum:
Turbída quem motu concítat íra graui.
Latrat & exclamat círcũ ſe more canino:
Nec verbum placídum toruus ab ore vomít.

Sene. de ira.
Valeri. li. 4.
Prouer. xxii.
Iacobi. i.
Eccle. xxx.

Perſius
Rancidulo ſemper ructatur in ore canina
Littera: nec motus mitigat ille ſuos.
Prouer. xx.
puer. xxvii.
Gaudet/& a populo metuí ſua facta: furoris
Plena malí: mentís conſcíus ille nihil.
Dícit a cunctis/furioſum cernite ſtultum:
Et ſíbí de fatuo hoc quílíbet abſtíneat.
Nam putat ílle qdem ſtultos non antea víſos:
Perſius
Aurículas aſíní ſolus habere cupít.
Eccs. xi.
Ira necat ſenſus: premít índignatio mentem:
Pręcípítem ínuertít ílla vel ılla vírum
Archytas.
Archytas ſophię íccírco ſpecttabílís auctor:
Ille Tarentína natus ín vrbe procul:
Peccantí ſęruo: turbatus mente pepercít:
Atq; írę ſtímulos ſíc moderatus erat.
Plato
Socrates
Síc Plato: ſíc alíí motus ſedare ſolebant:
Socratící & plures doctíloquíq; vírí.
Prouer. xxx.
Eccleſi. xix.
xi. q. iii. ira
v. q. ii. relatū
& c ſeruetur
puerbi. xxii.
et xvii.
Nempe furor ratíone caret: pręcordía frangít:
Debílítat ſenſus/ira ſeuera nímís
Hos contra motus/certa ínnítamur habena:
Et frenum: atq; ſuum ſentíat íra modum.
Non ſapíentís erit trıſtarí: aut corde dolere:
Paſſío/prudentís pectora/nulla pręmít:
Iob xxxvi.
puerbi. xii.
Eſt ſapiens ſemper: tranquillus mente quíeta:
Ira trahít fatuos ínſípídoſq; víros.
Tempore cuncta quidē ſapiens moderatín omní
Addít & ín cunctís rebus vbíq; modum:
Eccs. vii
Sed fatuus nullo penítus moderamíne ductus:
Stultícíam effundít ſemper vbíq; ſuam:
Ergo pręcípites aſínum conſcendíte ſtultí:
Quo celeres fatuos bęſtía tarda vehat.

De fortunę mutabilitate.

Quem rota fortunę cupida ſpe continet: atq;
Voluit in excelſo ſors ſibi fauſta gradu:
Ille etiam metuat lapſus quando q; nocentes.
Perpetuo neſcit ſors reſidere loco.

De fortunę mutabilitate.

Complures fatuos/latum fortuna per orbem
Efficit inſtabili voluit eoſq; rota.
Fortunam multi ſitibundo pectore verſant:
Et loca continuo ſcandere cęlſa petunt.

Eccle.x.
i.mach.ii.
Prouer.xiiii.

Claudianus. de pe.di.iii. quid ergo i gl. puer. xvii.

Inquirũtq; gradum: qui sit sibi viribus impar:
Nec lapsum fati pectora stulta vident.
Nil adeo excelsum est/q̃ non trepidare ruinam
Debeat: ad mortem cuncta creata ruunt.

Horatius.

Omnia quę terris nunc sunt innata/senescunt:
Labitur & quicquid terra beata dedit.

Seneca i ħ. fu

Quis fuit in tanta mortalis sorte locatus?
Crastina p̃mittat tempora vt ille sibi?
Aut se victurum fortuna semper eadem
Spondeat? instabili voluitur illa gradu.

Martialis

Nam lachesis duri semper prenuntia fati
Non tibi permittit ducere fila diu.
Atropos haud nostris mulcetur turbida votis
Vt nobis longos prestet in orbe dies.
Ad casum subitum plures funesta potestas
Allicit: vt lœtho tunc grauiore ruant.

Iulius cesar

Iulius immenso dominator cęsar in orbe
Dum nimium sortis numina blanda colit:
In medio sensit mortalia fata senatu:
Hunc fortuna nihil iuuit ab exitio:

Tullius in of Eccles. xx.

Semper habet trepidos inuisa potentia gressus:
Inuisus multis imperiosus homo est.
Delitias raras prębet metuenda potestas:
In ceruice sua tristia damna gerit

Sapien. v.

Quem metuũt multi: multos metuisse necesse est.
Odit quẽ metuit/perdere plębsq; studet.

Eccles. xxi.

Imperiosus homo nullo palpatur amore
Nec populi hunc plausus: nec bona fama colit.
Ergo mobilibus non sic confidite sceptris:
Nam rota vertet cum deus ipse volet.

De egrotante inobediente.

Egrotus si quis morbos in corpore tristes
Sentit: & vrgetur anxietate graui:
Prestita nec medici sequitur documenta periti:
Si cadit: ex merito damna doloris habet.

De Egrotante inobediente.

Qui iacet in mœsto ægrotans angore: perito
Nec medico paret: consiliumq; fugit.
Nec tenet impositam seruata lege dietam:
Conualidus fieri qua mediante queat:

glo. in c. ad aures de eta. et qua or. Eccles. x et xxxviii.

Iuuenalis Persius
Pro vino nunc gustat aquam: nunc cętera sumit
Pocula: consultrix quę medicina vetat.

Eccle. xxxvii
Quęrit & assidue rigido contraria morbo
Esculenta: sibi temperat atq; nihil:
Donec ad tumulum pheretro portatur operto:
In cinerem rediens ceu fuit ante cinis.

Eccles. xviii. Ouidius de remedi. amo.
Qui cito sanari a morbo conaris amaro:
Principiis obsta: deteriora caue.
Scintilla in flammas crescit quandoq; molestas:
Riuus & exiguus flumina magna facit.
Principium morbi modicum: capit incrementū
Paulatim: salubris in medicina vetet

Eccles. xxxi. Boetius de con. philo.
Qui validus cupit esse cito/sua vulnera plane
Demonstret medico/pellat vt inde luem:
Non sine luctifero sanari membra dolore
Possunt: ne renuas ferre doloris onus.

Eccl. xxxviii
Nil quoq; mentiri medico debemus in ipso
Morbo: non medici: sed tua vita perit.
Quiq; sacerdoti referens peccata peracta
Mentitur: vitam decipit ille suam.
Qui medicum quęrit/sua nec documenta reseruat
Expers consilii est: & ratione caret.
Consilium vetulę potius sectamur & herbas
Quas in thessalico littore saga coquit.
Infami dygito frontem hęc & pectora lustrat:
Istius interitum falsa medela parit.

.i. thimo. iiii.
Qui vetulis credit malesanis: credit anili
Consilio: lœthi fata seuera subit.
Moralem sensum nostro si carmiue sumes:
In vitiis ægrum te mora nulla premet.

De nimium apertis consultationibus.

Quisquis forte palam mentis concepta reuelat:
Ante oculos volucrum retia tensa locat:
Admonet hic omnes: cautelam prębet apertam:
Quo facile à laqueo quisqꝫ cauere queat.

De nimiũ aptis consultatõib⁹

Quisquis aues forsan contendit carpere plures:
Retiaqꝫ ante illas tendit aperta nimis:
Nec funes/pedicas/laqueosqꝫ plagasqꝫ recondit:
Is facit vt sua mox retia vitet auis.

Esopus i apc. puer. i. Ouidius de reme. amo. glo. i cle. pasc ralis de re iu.

g. i.

Qui ſemper manibus: duris verbiſq; minatur
Publicitus: nullum verberat ille canem.

Prouer.x. Intentum mentis qui verbis pandit apertis:
Conſilium retegens omnibus atq; palam:
De tali ſtulto poterit ſibi quiſq; cauere:
Creditur hic toto corpore poſſe nihil.

prouer. xviii et xxvi. At puto prudentē & ſapere hunc: ſecreta reuelat
Qui nulli: intentum comprimit vſq; ſuum.
Solus agit mentis ſincerę arcana: nec vlli
Pandere vult animo ſi qua agitare velit.
Pręcipue in rebus: quę ſpectant forte ſalutem
Corporis: aut regni: grande aliquod vel opus.

Horatius. in epiſto. Falluntur plures a delatoribus ipſis:
Conſilium domini qui ſibi ſcire volunt.
Illecebris palpant: vt ſic arcana reſciſcant.
Qui noua ſcire cupit: dicere/& illa volet.

Prouer.xi. Eſt ſapiens certe: mentis qui condere votum
Conſiliumq; poteſt: nilq; referre palam:
Quattuor eſſe ſolent res: quę ſe tempore nullo
Occultare queunt. nec tacita eſſe volunt.

Eccleſi.viii. Math.v. Conſilium fatui: ſtructa vrbs in vertice montis:
Actus amatoris: ſtramē quod calceus vrget.

Ouidius. Occultam ſeruare poteſt rem pauper/inopſq:

Iuuenalis Diuitis aſt ſemper longius acta volant.

Virgilius 4.ęne. Et mala fama palam concreſcit vbiq; volando:
Et domus interdum damna pudoris habet.
Tu caueas: ſapiens ſi fors cupis eſſe/catuſq:
Ne pandas animū/conſilium/ue tuū:
Nec ſeruis famuliſq; tuis confidito in illis;

Seneca. Catho. Sed tacitus mentis condito facta tuę.

Fatuorũ damno ſapientes nos fieri cõuenit:
Stultorum lapſum miſerum/ſubitamq; ruinam
Qui videt: aſtutus nec ſibi deinde cauet.
Eſt ſtultus: cęco nec recto tramite pergens:
Et fatui barbam mulcet vbiq; manu.

Fęlix quẽ faciũt alie na pícula cautum. Caſus demẽtis correctõ ſit ſapientis.

Cernimus aſſiduos caſus/lapſuſq; frequentes
Stultorum: & riſus cernimus inde graues.
Ridentur paſſim fatui: luduntur in omni
Tempore: nil ſapiunt: nil quoq; ſcire volunt.

puer. 4. er. iç. Iob. xvii.

Eccleſi.xxv Sunt & contempti multum a prudentibus ipſis
Qui cappam in fatuis frontibus vſq; gerunt.
Eccs̃.x Accuſat ſtultum ſtultus: conuitia iactant
Impia: ſed greſſus ſtringit vterq; pares.
Ieremię vi.et viii. Errat & aſſidue nec vult curare ruinam:
Eccleſi.i. Complures fatui qua cecidere prius.
Nil exempla trahunt ſtultos/lapſuſq; moleſti:
Semper ad interitum: quid bone ſtulte ruis?
Admoneant ſaltem fatuos exempla malorum:
Diſcant alterius viuere rite malo.
Math.xv. Exprobrat cęcum cęcus/viſuq; carentem:
Lucę vi. Attamen in foueam ſępius ambo cadunt.
Eſopus i apo. Incuſat cancrum cancer retrorſum abeuntem:
Ibat directam nec tamen ipſe viam.
Eccleſi.iii et xli. Qui matris nō vult documenta ſequi/ille nouercę
Imperium toleret obſequiumq; graue.
Qui patris nunq̃ ſequitur prędcepta ſalutis:
Difficilem ingreditur ſępius ille viā.
Phæton Si Phaeton quondam conſulta ſalubria patris
Tullius 3.off. Audiſſet: currus non petiiſſet iners:
Ouidius.2 m̃ Non Iouis æthereum ſenſiſſet fulmen & ignes:
Nec lacerum corpus volueret Eridanus.
Icarus. Oui. 8.metha. Icarus ingenui patris non iuſſa ſequutus
Altius euolitans: nomina fecit aquis.
Iuuerbi.xv.& xxiii. Hi duo in imberbi triſtes cecidere iuuenta:
Nam voluit neuter iuſſa paterna ſequi.
Eccleſi.xi Corruere inſanum fatuū qui cernit: & audit:
Exemplum capiat: effugiatq; malum.
Eſopus Horatius in epiſto. Cauta fuit vulpes nolens intrare cauernam:
Viderat vt nullam vafra redire feram.

Nil curare detractiones hominum.

Non campana ſonat quę malleolo atq; bacillo eſt
Expers: ſit vulpis inſita cauda licet.
Iccirco ſtultum eſt omnes curare loquelas.
Cum ſurda poſſis effugere aure ſonum.

Nil curare detractiones hoim.

Quiſquis in hoc mundo tranquilla viuere mente
Gliſcit: & in requie ducere ſęcla bona.
Non curet voces populi: famamq; malignam:
Nec curet linguę ſibila rauca malę.

Pſ. cviii.
puer. xxiiii.
Sapien. ii.

Ad philip.ii. Qui cupit in mundo seſe exaltare superbo:
Prouer.xiiii. et xviii. Et stabilis magnum scandere rite gradum.
Est opus vt curas toleret quandoqꝫ molestas:
Multa oculis videat non bene grata suis.
Ad hebre.xi At sunt qui firmo tentoria rure locarunt:
Mundum spernentes: orbis & illecebras.
Nil modo securum: nil tutum: nilqꝫ videmus
Tranquillum in mundo: nulla & vbiqꝫ fides:
Multi vrbes & opes/populos/cetusqꝫ ꝑphanos
Fugerunt: tutus vt foret inde status.
Iohan.xv. Sapien.xi. Qui statuit iustam semper traducere vitam
Et mores sanctos & benefacta sequi:
Non curet quid mundus agat: tacitasve q̃relas
Attendat: iustis nil mala lingua nocet.
Satyri Prophete Si vates satyri quondam: sanctiqꝫ prophetę
Pensassent hominum murmura lœthifera:
Nec monumenta bonę monstrassent vera salutis:
Hic famam: hic meritum perderet atqꝫ decus.
Pš.lii. Sapien.vi. Nullus in orbe quidẽ viuit tam sanctus: vt omni.
Nunc fatuo placeat: qui probitate caret.
Eccleſi.viii. Qui cunctis posset recte seruire: beatus
Is foret: & seruus nobilitate bonus.
Eccle.xxxvii Noctes atqꝫ dies opus est confringere somnos:
Qui cunctis iamiam rite placere volet.
Quis farre/aut dygitis stultorũ claudere rictus
Iam poterit? loquimur: pęnitet inde cito.
i.corin.iii. Nil aliud mundus didicit: nisi fana profari
Verba: quibus iustos contaminare solet.
Eccleſi.ii. Prouer.xv. Eccš.vii. Nil sapiens curet vani ludibria mundi:
Attendatqꝫ nihil quod vaga turba ferat.

De ſubſannatoríbus & calumníatoríbus.

Stulti quí lapídes íactanr: & ſaxa retorquent:
Hos fugíat/ſapíens quí volet eſſe/procul.
Nam trahít á vítío fatuos correctío nulla.
Nil díſcunt morís: níl probítatis habent.

De ſubſan natoríbus & calumní atoríbus

O fatuí excordes noſtram ad properate palęſtrã
Incípíam verum íamq; docere bonum.
Vos ſacrę le gís: patrum & documenta docebo
Quę mõſtrant verũ ꝑſperitatís íter.

Eccleſ. xxii.
Prouer. xxiii
Sapien. x.

Atq; viam pandũt/prudentũ calle polítam.
Quare agíte & pedíbus currite quęso cítis:
Prouer.vi. Díscite quíd vírtus: quíd sit prudentía rerum
Baruth.iii. Et fatuí tandem desínite esse merí.
Ad Titũ. ii. Vírtutes ornant homines: prudentía vestít
Sapien.vi. Mundítiís: sapíunt pectora stulta nihil:
Eccles.xvi Sed modo rísores fatuos: sannasq; proteruas
Corrígimus: strígili hos scalpere nempe íuuat.
Iob xii. Sunt fatuí quí nunc rídent documenta sophię:
puerbi. xiiii. Inq; bonos cunctos probra pudenda vomunt.
Aduertuntq; níhil: bona sí quandoq; docentur:
Quín cuncta irrídent mox documẽta palam.
Prouer.ix. Increpat hínc stultum qui verbis: aut corrígit ore
Inpíngit sannam sępe met índe sibí.
Eccles. xix Corríge prudentem: quí tempore díscit in omní:
Festínatq; oris verba tenere tui.
Sí cadít in íustos homines correctío iusta:
Pręceptum accípiunt/cum píetate/bonum.
puerbi.xxv. Iníustus pręceptores díffamat: & odít:
Sępe repercussus in sua tela ruens.
puerbi.xix Crede míhí sannis qui alíos: rísusq; lacescunt
Nasuto: tandem prędmía dígna ferent.
Iuuenalis Lorípedem rectus derídeat ęthiopem albus:
iii.q. vii. qui Est síne qui vítiís rídeat ílle malos.
síne.
Nabal Stulte Nabal lueres sannas/toruosq; cachynnos:
i.Reg.xxv. Ni regem íratum flecteret Abigayl.
iiii.Reg.ii. Quíd pueros memorem qui vatí illudere sancto
Dum certant? vrsís mordícus íntereunt.
A grege stultorum caueat sibí quísq; malígno:
Qui saxís iustos /innocuosq; petunt.

Contemptus ęternoꝝ gaudioꝝ.
Qꝫ male delitias dūtaxat temporis huius
Cogito: nec celeres pensito abire dies:
Et regni æterni ꝙ gaudia sperno beata:
Causa est: me genuit Simea stulta/parens.

Cōtemptꝰ ęternorū gaudioꝝ.

Occurrit fatuę rursus mihi turba cohortis:
Quę requiem satyrę non sinit esse meę.
Stultus enī certe est: animo iactare superbo
Qui solet: & nimiū verba pudenda loqui:

Eccles. xiiii.
Pš. lxi.

Sapien.iiii. Ad Roma.ii. Ecce ait o ſuperum/nitidi quoq; rector olympi:
Nil opto ſedis regna beata tuę.
Amos.v. Eccl̃s.ii. Id ſaltem liceat: multis mihi viuere luſtris:
Orbis & extremum cernere poſſe diem.
i.Ioh̃.ii. At non laudato/rectę virtutis/amore
Tam longas æui poſcit habere vices:
Sed magis exoptat: queat vt conuiuere laute:
Cum ſociis paribus: delitiiſq; frui:
Lucę vi. Nec timet inferni fumantia tartara ditis:
Non acherontęos poſt ſua fata lacus.
Prouer.xiiii. O fatue inſignis: nil vani gaudia mundi
Mellis habent: illis copia fellis ineſt.
Tullius de ſenectu. Quid rogo delitias: tanti quid gaudia vana
Stulte facis: pereunt quę cito: more niuis?
Iob.xviii. Gaudia (crede mihi) terraꝝ: felle replentur
Nec manet in cunctis perpetuata quies.
Prouer.xix Quo fit/vt infamis/laſciua & ſpurca voluptas
Quem trahit: & faſtus orbis & illecebra:
Hic fatuus: mundi curas guſtabit acerbas:
Iob.vi. Et mortis rapidum ſentiet eſſe diem.
Eccl̃s.iii. Sapiẽ.ii.et.v Iacob.i. Lucę xii. Tranſibit mundus: tranſibunt gaudia mundi:
Tranſibit pariter quicquid in orbe viret.
Cernimus & tales hominũ ſine fine ruinas:
Cernimus occaſus: cernimus exitia:
Apoca. xiiii. et.xx.. Rectorem cœli tandem ſpectabimus omnes:
Hic ad lętitias: alter ad interitum:
Se cupit a ſummo qui ſegregare tonante:
Lętitię/& longos optat habere dies.
Math.xxv. Cimmeriis tenebris eſt obcęcatior ille
Pro muudi linquens cœlica regna luto.

Tumultus & confabulatio in ecclesia.

Accipitrem gestans per religiosa deorum
Templa: & quem sequitur sedula turba canum:
Deuotos homines/ & debita vota moratur.
Et cuculum manibus palpat vbiq; suis.

Tumultus & cōfabulatio in ecclesia.

Sunt quos latratu/ strepitu/ clamore/ susurris
Non pudeat & sacras contaminare domos
Dum canit officium: dum debita sacra sacerdos:
Tractat: & extendit vota precesq; deo.

De imu. eccle c. decet li. vi. l. denūciam? C. de his qui ad ecc. confu.

Dum fluit ad populum diuinę contio legis:
Ecclesięq; pium pangitur offitium:
Ingreditur fatuus quẽ rostris calceus vrget:
Stat simul in manibus nisus/& accipiter:
Siue velis cuculus.magno clangore vagatur
Per sanctas ædes/sacrificosq; focos.
Latrantesq; canes/vlulatu & cuncta replentes
Ductitat:in strepitu turba benigna silet.
Iam clangunt nolę:resonat latratus ad auras:
Nunc pedibus pulsant:nũc manibusq; strepẽt.
Nulla quies penes hos/fastu pompaq; furentes:
Nõ propter christũ.Lazarus hosce artat eos.
Tractantur causę:rerȝ cõmertia:questus:
Contractus omnes.offitiumq; fori.
Conspicit hic oculis matronas:ille puellas:
Hic aliud tractat quod probitate caret.
Quidam etiam strepitus sua per calopodia stulti
Concrepitant turpes:impediuntq; bonũ.
Stultitiã quid enī querimur?solitosq; furores?
Quos semel insipiens condere nemo cupit:
Cum tamẽ exemplũ christus deus ipseq; reliquit.
Nullus vt in templum turpia facta ferat:
Sed precibus suplex/deuoto & pectore:patrẽ
Aeternũ oraret:cœlicolumq; choros.
Expulit & ferulis tractantes fœnera mercis:
Nam locus in templo sit sacer vsq; deo.
Qui si de templis homines pulsare ꝑphanos
Nunc volet:atq; ædes euacuare malis:
Paucí quãdoquidem sacrata in gente manerẽt.
Thura decent superos:verba ꝑphana nihil.

puerbi.v. Treno.i.
Iohan.xii.
in autẽ.vt lic. ma.et auie in fi.col.viii.
Iohan.ii.
Eccles.xxi Iohelis.ii. Ps.i. Marci.xi. Lucę xix.
Bernhardus.

De proteruo ac ſpontaneo periculo

Qui cadit in flāmas & dira perícula quęrit
Sponte ſua/in puteum proſilit atq; libens:
Exitium merito patitur: ſi mergitur vndis:
Vritur aut flammis: dignus enim interitu.

De proter uo ac ſpon taneo perí culo.

Eſt fatuus quí ſępe deum ſuperoſq; precatur
Et ſupplex manibus cum pedibuſq; rogat:
Se putat & proferre preces ex corde benignas:
Clamando aſſídue: me deus alme iuua:

Eccleſi. iii.

Math. vii.
Lucę vi.

Vt mea ſtultitiã ſolitam modo pectora linquant:
Et ſapere incipiant: Iupiter alme iuua.

Iuuenalis — Attamen hic cappam ſtultorum ſemper anhelans
Perſius — Induit: ingratas nam putat eſſe preces:
Qz non mox voti compos: deus inſuper illum
Audierit: quia non cuncta petita dedit.

Math.xx. Marci.x. — At fatuus plerumqꝫ rogat/ſuperoſqꝫ precatur.
Ad Ro. viii. — Et neſcit ſtulto quid ſibi corde roget.

Horatius. — In puteum qui ſponte cadit: tentatqꝫ periclum:
Seqꝫ in fonte tñ mergier vſqꝫ timet:
Si clamat/voceſqꝫ graues emittit in vndis.
Clamat io ciues iam date preſidium!
Nullus erit: reſtes/aut apportare rudentes
Qui velit: hic merita morte/lueqꝫ cadit.

Empedocles. — Stultitia Empedocles ſimili cęcatus: & excors:
Corporis exitium ſponte/necemqꝫ tulit.
Aetnęos quoniam pręceps collapſus in ignes:
Stulticię vt faceret morte ſua inditium.
Quiſquis eum ardenti fatuũ extraxiſſet ab ętna:
Hic vitam imuito/ſtultior ipſe daret.
Nempe adeo cęcatus erat: rationis & expers:
Tentaſſet rurſus impia fata quidem.

puerb.xxviii Eccleſi.v.et35 — Sic facit ille: deum rogitans noctesqꝫ dieſqꝫ
Debeat in cœlum vt ſe trahere vſqꝫ deus:
Eſaię.i. — Detqꝫ ſibi ſemper viuatia munera: detqꝫ
Fortunam validam: det bona magna ſibi.

Lũcę xx. — Qui rogat & neſcit ſupremum rite precari
Rectorem: ventos ſufflat in ore leues.
Quẽ tenet intutus ſtatus: & damnoſa voluptas.
Si ruit: ex merito iuſta pericla ferat.

De vía fœlicitatis & futura pctõq; pena

Multi ſtultitię currum/rhedamq;/bigaſq;
Viuentes vitiis criminibuſq; trahunt.
Cumq; ſua reputant tales nece abire labores
Quadriiugas retrahent poſt ſua fata rotas.

De vía fœlicitatis.

Non ſinit ipſe deus fatuũ quemcunq; prophanũ
Scire ſup terram quę nam miracula fecit:
Quotidieq; facit: quapropter pars perit ingens
Stultorũ: moritur terreno in corpore ſemper.

prouer. xiiii
Pſ. 81. & 91.
Sapien. xiii.

Prouer.v. Quí morítur vítíis hac ín tellure malígnis:
Eccs.ii. Cogítur extremos alíbi tolerare dolores.
Eccleſi.ii. Noſſe deum quí non vult híc/& díſcere leges
Quas pater omnípotens tribuít mortalíbus ęgrís.
Eccleſi. xii et xl. Quaſq; ſuper cunctos ſtatuít: íuſſítq; teneri
In terra: cunctíſq; dedit/bene víuere/normam:
Treno.iiii. In mundo quemcunq; trahít maleſana voluptas:
Iníuſtęq; ſuę conſumít tempora vitę:
Is trahít híc currus/molem/curaſq; moleſtas:
Sapien. xix. Cogítur æternas poſt mortem ſoluere pœnas:
Perpetuo & tractu cogetur plauſtra mouere.
Ne modo ſtulte viam quęras quę ducít ad orcum
Virgi.vi.en. Et phlegetontęos fluctus/cęcaſq; tenebras:
Seneca Hęc vía plana q̄dē eſt/pedíb? calcata frequēter:
Math. vii. Eſt adítu facílis: multum penetrabílis: atq;
Innumeros fatuís calles hęc ſemita monſtrat:
puer.ii. et 4. Plana quídem & trita eſt (fatuos quía facta p̄ oēs)
Hęc habet aſſíduos motus/greſſuſq; frequentes.
Virgilius Noctes atq; díes patet hęc. nullumq; refutat:
Eccleſi.xxxii Quí cupít ad fatuos curſím properare furentes.
Lucę.xiii. Fœlícitatís íter quod cœlum tendít in altum:
Et quod prudentes recípít: ſoloſq; beatos:
Eſt nímís anguſtū: patulo nec calle pateſcít:
Nec tritū a multís: quoníā (q̄ maxíma turba eſt)
Sapien. v. Gens mala vítat íter: íuſtís ſanctíſq; paratum
Pſ.vi. Mentíbus: íníuſtus non has calcabít harenas.
Vírtutem poſuít deus vt ſudore paretur:
Aſt paucí tentant fœlíces fígere greſſus:
puerbi. xiiii. et xv. Ad bona ſupremí regní/nítidamq; cateruam.
Ezech.vii. Inde eſt q̄ multos orcus capít: æthraq; paucos.

Praua maiorum exempla.

Cum pater & genitrix ollas/pariterq; metellas
Collidunt: pueri cacabos confringere discent.
Fiunt equales nati genitoribus: illic
Sunt vbi non casti signa & monumenta pudoris.

Si dãnosa senẽ iuuat alea: ludat & heres.

Grandequi properate senes/fatuiq; parentes
In vos nam satyre torqueo tela mee:
Audetis prauos coram matre atq; puellis
Effari mores: ridiculumq; nefas:

Inaequalis Vale. li. ii. c. i
Sapien. iii
Eccles. vii.

Eccleſi.iiii. Nunc veneris nugas: nūc vos dictatis amorem:
Et natis teneris: ad mala: ſigna datis.
Non pudor in verbis: non eſt reuerentia vitę:
Eccŝ.x. Non decus aut ſpecimen/ingenuuſqꝫ nitor:
Non pueri mores diſcunt: non fœmina ſeruat
Signa pudititię: turpia cuncta ſonant.
Fœmina de fatuo carpit mala ſigna marito:
Sectatur proles moribus ipſa patrem.
pue. 19. et 29. Non docuit genitor fatuus bene viuere natum:
Iure igitur natus moribus alter erit.
Iuuenalis Si ſunt luſores patres: pueri atqꝫ nepotes
Rebus in his prauis ſe ſimilare ſolent:
glo. in l. qꝫ ſi nolit ff. de ed. edic. Trita etenim veterū dicunt prouerbia nobis:
Sępe ſolet ſimilis filius eſſe patri.
glo in c. fi. de con. diſ. v. Ludere phas monachi reputāt ſibi: qñ reponit
Abbas taxillos: alea iacta placet.
O mores miſeros: o tempora plena furoris:
Plęnaqꝫ ſtultitię: num deus vſqꝫ feret?
Eſopꝰ i apol. Se ſimilem patri natus: ſe filia matri
Reddit: ad exitium ſemina prima fluunt.
Non lupus vllus ouem genuit: nō Tygride ſęua
Aut vitula aut agnus naſcier vſqꝫ poteſt:
More patris cancer retro ſerpitqꝫ/meatqꝫ:
Sectantur pueri ſic mala ſigna patrum.
Eccleſi.vii. Quin & morigeros poſſunt generare parentes
Filiolos: qui ſunt morigeri atqꝫ boni.
Diogenes Diogenes puerum temulentū vt viderat: inquit:
Fili/te genuit ebrius ecce pater.
Eccleſi.37. puer.xxii Aedibus iccirco propriis: ſic viuat honeſte
Quiſquis: ne cunctis dogmata praua ferat.

De voluptate corporali.

Simplicitate rudes/ad se lasciua voluptas
Allicit interdum: more ouiumq; necat.
Quosdam etiam firmo/thaurinos detinet/vnco.
Ast alios volucri fune/fugaq; ligat.

Spne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

Aequipat sese meretrici blanda voluptas:
Quę compta in platea sedet & nudata mamillas:
Et redimita comas: spurcum mercatur amorem.
Pellicit & molles ad se: blandūq; cubile

Prouer. vii.

Mox reſerat: vilem ſumens de crimine mercem:
Ezech.xvi. Et rogat vt quiſqs ſecum luctetur/iniquis
Micheę.i. Delitiis: pariter falſo oblectetur amore.
puerbi.vii. Illius inqꝫ ſinum/nullo moderamine ſtulti.
Eccleſi.xix Proſiliunt: veluti bos vinctus tranſit/& agnus
Ad lanii cultrum: iugulumqꝫ exponit ad ictus.
Accipe ſtulte precor q̃ ſit fugienda voluptas
Ieremię vli. Hęc animam damnat ſtygis & mergit in vndis
Hęc ſenſus lacerat: confundit ſemina mentis:
Contaminatqꝫ malo pręcordia recta ſapore.
puerbi.A. Parua voluptatis quamuis ſint gaudia: longa
Pœna tamen ſequit̃/miſero permixta dolore:
Eccs̃. ii. Deſine delitias mundi ſectarier vſqꝫ:
Lucę viii. Non durant: fugiunt mox: & mutant̃ in horas.
puer.8.et 13. Quiſquis in hoc forſan contemnit gaudia mundo
Eccleſi.i. Vana voluptatis: nec ſeſe inmergit in illas:
Ille ſapit vere: & poſt mortem gaudia cœli:
Ambroſiamqꝫ ſacram guſtabit lege perenni.
Sardanapal9 Sardanapalus enim/ſpreto virtutis honore:
Inſti.li.i. Sola voluptatis celebrabat ſacra/focoſqꝫ:
Corporis illecebras: ſpurcum & libabat amorem:
Cenſuit eſſe qdem explendum p̃ſentibus ipſum
Delitiis animū: quoniam poſt fata voluptas
Nulla foret: ſtygii eſt hęc nam ſententia ditis.
Micheę.vi. At pater omnipotens hunc fato ſuſtulit atro:
Tartareiſqꝫ animam tandē damnauit in vndis.
Delitię mundi: quas promit praua voluptas
puerbi. xxiii Sunt procul a nobis pulſandę: dira venena
Eccs̃.v. Ex ipſis manant: & fellis copia magna:
Eccleſi. xxv. Has fugitur figiat ſapiens: & honeſta ſequatur.

Archana esse recondenda.

Qui non in tacito poterit secreta tenere
Pectore: & occultum condere corde suum:
Est fatuus: nescitq; suam compescere mentem:
Tristitiam incurrit sępius inde grauem.

Secretum mẽtis nũq̃ tu pande maritę.

Qui secreta suę non vult abscondere mentis:
Vxoriq; suę vel cunctis gentibus offert
Quid velit/& statuat/vel quid concęperit/ipsa
Mente: merus fatuus docto reputatur ab omni.

Sene. de meri
Iob xxviii
Eccle. xxxix.

Iudicū. xiiii. &.xvi. Sampſon: quí quondā fuerat fortiſſímus heros:
Non oculís orbatus erat: nec crine ſacrato:
Secretum mentís ſí non reſcíſſet amica.

Statius ī the ba. Amphíareus vates dum fata futura tímebat
Augurií: latuít: thebana ꝙ pręlia fugít:
Proditur at tandem proprio de coniugís ore.

Eccl̄s.x. Hiſtorię recínunt veteres/& dogmata priſca:
Q̄ mulier nuſq̄ ſecretí ſit bona cuſtos.

Eccleſi.xix. Matronís igitur cęlemus pectora ſemper.
Quí ſua non nouít cōmíſſa archana tacere:

Prouer.xxi. Quíꝙ ad cuncta ſuum pandít ſecreta labellum:
A talı caueat ſapiens ſibí quíſꝙ/catuſꝙ.

Horatius iu epı. Percunctatorem hunc fugías/q̄a garrulus ípſe eſt.

Prouer.28. De rebus magnis/eſt qui ſe iactítat vſꝙ:
Et ꝙ res cunctę ſibí ſínt ín amore ſecundę:
Rımarí ſí quis vellet tum verba doloſꝙ:
Rebus ín hís cunctıs mendacē offenderet ípſum.
Ex qua ſtultítía ſapiens íntellígít omnís:
Q̄ ſcabrum voueat cuculū/manibuſꝙ remulcet.

Seneca. Condíta ſí mentís cupías archana manere:
Fac mihı ne dícas: quod vix abſcondere poſſím:
Occultumꝙ tuum ſecreto ín pectore cęles:
Haud aliís pandas: ſed ſís taciturnus vbíꝙ.

iii.Reg.xxi. Sí non vxorí Iezabel prompſíſſet Achab rex
Verba ſuę mentís: Naboth nō morte periret.

Prouer.xxv. Quí geſtant ín corde ſuo ſecreta: catí ſínt:
Et caueant aliís temere vt non talıa pandant:
Sıc m age ſecurí: ſemper tutíꝙ manebunt.

Eſaie. xxiiii. Díxít ením quondam ſancta de gente ꝓpheta:
Secretū mentís mihí met ſeruare ſtudebo.

Vxorem ducere propter opes.
Diuitias propter solas: non prolis amore:
Vxorem ducens/coniugium ve petens:
Hic patitur merito lites: & iurgia/rixas:
Et pacem/& perdit cõmoda connubii.

Impatergo viro intolerabili nihil est q̃ femia dí ues.

Aruinam multi quęrunt sub podice aselli:
Et cumulant trullas: stercora vana petunt:
Vxorem ducunt vetulam dum turpiter Eglen:
Q̃ nũmos habeat/diuitiasq; leues.

Iuuenalis l. oratione. ff. de ri. nup. i. ad cor. vii Sapiẽ. xiiii.

Iuuenalis Prouer. xix. Nulla quies illum recreat: pax nulla fouebit:
Semper habet rixas: litigiumq; frequens:
Nulla voluptatis spectabunt otia talem:
Magnarum allexit quem male saccus opum.
Prouer. v. ifi Nullaq; speratur proles: dilectio nulla:
Vnam pacificam vix aget ille diem.
Prouer. ix. Quin sibi continuo saccus transuerberet aures:
Quem propter stultus factus/inersq; fuit.
Eccles. xix Raro hos fortunę facies comitatur amica:
Qui nūmis nubunt: non sibi: non pueris.
Ducitur in thalamū funesta pecunia sola:
Propter opes trahimus grandia aratra thori.
Iustitia & doctrina nihil curatur: honestas
Nulla: sed ad censum pectora stulta ruunt.
Iuuenalis Prouer. vii Eccles. x. Nam socer in primis: q̄d enim gener (inqt) in ere
Possidet/aut nūmis? iuggera quanta tenet?
Nec patris aut proaui ꝓbitas/virtus/vel honestas
Quęritur: an vulgi semine prodierit?
Iuuenalis Protinus ad nūmos: de moribus vltima fiet
Quęstio: sic fient nunq̄ in amore pares.
Prouerb. xxi Inde fit/vt multis deserta habitare seorsum
Plus leue sit: talis q̄ iuga ferre thori.
Prouer. xxv Eccles. xxv Namq; loquax mulier/verbosaq;: corpus adurit:
Atq; animam & vires: membraq; cuncta terit.
Propter opes teneram vendit quicūq; iuuentam:
Mercatur lites & sine fine dolos:
Huic nihil est fidei: nihil & probitatis: ad omne
(Spes modo sit nūmi) transeat ille nephas.
Eccs̄. xii. O male prudentes: qui tam cōnubia sęua
Quęritis: & seruum tenditis esse pecus.

De liuore & inuidia.

Inuidię telum lato torquetur in orbe:
Et ſtatus in terris hac ſine nullus erit:
Odia dira volant magni per climata mundi:
Nec dum Nythardi ſemen abiuit atrox.

Inuid⁹ alterius reb⁹ marceſſit opimis.

Liuor edax: fatuos multos: animoſq; malignos
Concitat: & ſtultos pungit ſine fine proteruos:
Naſcitur inuidię telum: quod liuida corda
Parturit: & multos nuſq̃ ſinit eſſe quietos.

Eccleꝫ. xiiii.
Eccs̃. iiii.
Ad Roma. i.

Saluſtius puer. xxviii. Duceris iuuidia: q̄ ego te poſſideo plus:
Aut mihi ſunt plures nūmi: ſeu maior aceruus
Cicero Rerum: vel mihi q̄ plures reddunt honores.
Eccleſi. xiiii. Aes petis atq̄ meum: quod nullo iure teneres.
Vel quia faſtidis noſtrum & contemnis amorem.
Ouidius. ii. meth. Lęthale eſt adeo vulnus liuoris acerbi:
Vt nequeat penitus ſanari/aut rite mederi.
puer. xxiii Eſt ea proprietas liuoris ſemper edacis:
Si ſibi conſtituit quenq̄ mordere: quietem
Nullam agitat donec facinus perfecerit illud:
Non ſomnus: non vlla quies: non vlla voluptas
Eſt adeo dulcis: ſeu delectabilis vſq̄:
Vt poſſit cordis procul extirpare dolores.
Deſcriptio Inuidię ex Ouidio Pallentes ideo fauces: pallentiaq̄ ora
Semper habet liuor: macies in corpore toto
Glauca ſedet: viſus toruus: ſquallentiaq̄ ora
Scintillant: rabidus nec plenis liuor ocellis
Suſpicit in quenq̄: furibundo pectore torpet.
Ioſeph gen̄ 37 Cuius precipuum tibi fert exemplar Ioſeph:
Quem nunq̄ intuiti ſunt recto lumine fratres.
Raro etiam inuidia niſi merſis flumine ridet
Nauibus: aut ſi fors perit ingens copia rerū.
Eccleſi. xlviii Verum continuo rodat licet inuida corda:
Inuidia: ex ꝓprio ſentit ſua damna dolore.
Alanus Nec quicq̄ niſi ſe valet ardens æthna cremare.
Maior & inuidia eſt fraternis cordibus orta.
Lucanus Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.
Geneſ. iiii. Hoc Abel atq̄ Chayn: hoc Atreus atq̄ Thyeſtes
Statius ī the Ethiocles cum fratre ſuo: pluresq̄ docebunt.
i. Petri. ii. Inuidiam iccirco fugiat ſapienſq̄ bonuſq̄.

De impatientia correctionis

Tibia cui fatuo / tantum solatia prębet:
Nec curat cytharam: plectra & amęna lyrę:
Hic propere ascendat stultorum (posco) carinā:
Et remos celeri concitet ille manu.

Non patitur stultus sua verba aut facta reprēdi.

Stultitię infaustę certissima signa videntur
In fatuo. qui non verbis auscultat amicis:
Nam stolidę illius tanta est corruptio mentis
Audire vt nequeat sapientes digna loquentes.

Prouer. 23.
Eccles. 22.

puerbi. i. et xviii. Cum tamē & prudens: bona quę sunt iugiter audit
Et sapere vt possit: sapientes semper honorat:
Suscipit: & sequitur: sua quo sapientia crescat.
Fistula sed fatuo solatia dultia prębet:
Prouer. x. Ecclesi. xv. Nec curat citharę sonitus: nec barbitos illum
Oblectat: fidibus non delectatur amęnis.
Nil magis vsq; placet fatuo: nil dulce videt̄:
puerbi. 24. et xxvi. Q̄ baculus crispus: q̄ rustica fistula stulto.
Nec sinit vt quisq̄ sibi dogmata sana ministret:
Nec patitur quenq̄ qui corrigit/aut monet ipsum.
Inde fit vt magnum fatuorum crescat/& ingens
Agmen vbiq; nimis: qd sis precor improbe stulte
Sapien. vii. x et xv. Disce: hominem te scis mortalem: scisq; caducū:
Ad Rom. vi. De cęno terrę genitum: de stercore factum:
Ex cinere/& terra/limo/cęnoq; lutoq;
Compositum: at sensus tribuit natura scientes:
Ecclesi. xxv. Ps̄. cxviii. Et data clara quidem ratio est: animalia bruta
Qua nobis cędunt: sed tu pręcordia stulta
Qui geris: accęptę rationis munera rumpis.
Quid tua te nimium iactat funesta potestas?
Quid te nobilitas? facies? quid culta iuuentus?
Quid te diuitię molles? quid corporis artus
Eccle. 3. et. 17. Extollūt? tibi quę damnū & nocumēta ministrāt.
Tulli. i para. Eccs̄. vii. Est sapiens solus/locupletior omnibus: idem
Fortior & cunctis: hunc audi: illumq; sequaris.
Tob. ii. Est melius prudens: si dure corripiat te:
Iob xxviii. Q̄ si te fatuus mulcenti arrideat ore.
Ps̄. xviii. puerbi. i. viii Quādoquidē hic fœlix homo: qsqs corde pauorē
Math. xi. et xxiii. Semper habet: pœnas semper meditat̄ acerbas.
Atq; dei suffert/primis iuga dulcia ab annis.

De fatuis medicis & empericis.

Artem qui medicã tremulis molitur in ægris:
Nec tamen indocta scit medicare manu.
Arte carens: vires naturę nescit/& herbas:
Ludius & fatuus/ridiculusq; manet.

De vanis medicis & empericis

Hic etiam nostrum poterit conscendere currum
Et modo stultigereq; carbasa ferre ratis.
Visitat empericus q̃squis morbo ve grauatũ: aut
Morte laborantem quẽ videt atq; notat:

Insti. de le. ac qui. ĩperitia. ff. de re. iu. imperiti. c. tua de homi

Seneca de cle mẽ. ad Nero.
Atq; ait: expecta donec documenta librorum
Inſpiciam: quo te rite iuuare queam.
Eccleſi. x. et xliiii.
Dumq; domum medicus redit: & concepta libelli
Prouer. vi.
Scrutatur: mortis hunc fera fata premunt.
Atq; animã expirat: ſoluuntur corporis artus:
Sera nimis medici ſtulta medela fuit.
Eccleſi. 38
Nituntur plures artem tractare medendi:
Et quorum penitus pectora nil ſapiunt:
Io. an. deſen. cx. c. 1. li. vi.
Non voluũt libros: aut quas Podalyrius artes
Inuenit: Meſues nec documenta legunt:
Nõ Auicẽna docet medicos tam dogmata vana:
Nec tales medicos: docte Galene: foues:
Sapien. xii.
Sed ſua in herbarũ diſcunt medicamina libro:
Multa ſupſtitio: dogmata falſa patent.
Et vetulę prauam preſtant medicaminis vſum.
Quas ſequitur paſſim ſedula turba tamen.
glo. in c. fi. xxix. di.
Profitentur enim cunctos ſanare dolores:
Perq; horas cunctas/per loca/perq; dies.
Et ſua q; puero atq; ſeni collyria proſint:
Quod matrem iuuit: proſit idemq; ſeni.
Seneca.
Non opus eſt cauſas rerum atq; elementa tueri:
Naturę vires hęc medicina premit.
Et morbos varios vna diſſoluit in herba:
Qualem forte ſibi Theſſala ſaga dedit.
Cuculus chirurgicus.
O cucule emplaſtro quis te docet. aut alabaſtro
Ex vno cunctis poſſe preeſſe malis?
Sapiẽ. i.
Eſt medicus: veluti indoctus ſolet eſſe patronus.
Conſultus/qui non ſcit dare conſilium.
Aut te nõ medicum dicas: aut diſce mederi:
Aut ſi vis medicus: ſis fatuuſq; ſimul.

De ſęcularis potentię exitu.

Non fuit interris vnq̃ tam magna poteſtas:
Tempore quę fragili non quoq; diffluеret:
Cuncta rapit lœthum: mors vltima linea rerũ eſt.
Res hominũ nulla conditione manent.

Ad genere cereris ſine cede & ſãguine pauci Deſcẽdũt reges & ſicca morte tiranni.

O tardos animo fatuos: quos magna poteſtas
Eleuat: & nimiũ qui munera vana ſequuntur:
Tanq̃ perpetuis vita hęc ſit firma columnis:
Nec moribunda quidẽ capiat er tempora finẽ.

Eccle. 9. et 29 Iuuenalis in ſatyra oĩbus ĩ terris

Cęſar Iulius. Magnanimus cęſar quí ſub íuga romula traxít:
Marte ſed indomito/ſpatioſi clímata mundí:
Et tenuít ſceptrum regní/faſceſq; ſuperbos
Solus: & íncępít cíues torquere potentes:
Tempore ſed modico tam ſęua potentía manſít.
Horrenda cecídit tandem cum morte necatus.

Darius Rex Perſarū i.mach i. Sceptraq; perſarū Darius tulít: optíma regna &:
Sed non contentus propríis: externa cupíuít
Impería: hínc propríū perdít regnū & díadema.

Xerxes deq; Iuuenalis Ipſe etíam Xerxes regum dítiſſimus olím:
Dum cupít externas bello populárier oras:
Attica regna adíens: amíſít/caſtra/víroſq;:
Atq; rates paríter turrítas merſít in vndis.

Nabuchodonoſor. Dañ. 3. Et Nabuchodonoſor ſceptro Babílona gubernās
Fortunę nímíum dum fídít: tentat honores
Díuínos pręſtare ſibí: at díuína poteſtas
In ſpecíem brutí regem mutauít ínanem.

Alexāder. m. Iuuenalis Magnus Alexander cuí víx ſuffecerat orbís
Immenſus: graíis prímus dominator ín orís:
Nō ſecum ad ſtygiam ſua vexít regna paludem.

Cyrus. Herodotus & Iuſtinus li. i. Quíd Cyrum refero? lambens ín morte crūorem
Sanguínis ípſe ſuí: ſíc tranſít gloría mundí.

Cręſus. Herodotus li. i. Crœſus quādoquidē regníſq;/opíbus vel opímís:
Non contentus erat: tamen hunc fortuna fefellit:
Euertitq; ſuum regnū: atq; potentía ſceptra.

Eccleſi. x Omnía regna cadunt: ruít & mundana poteſtas:
Exemplū dat Roma potens: Carthago: Mycęne:

Eccleſi. xlix Et Solymę. atq; Tyros: & Gręcía tota: ſubíbít

Iob iii. Apoca. xviii Mox latiū. pereunt qa nam mortalía cuncta

Sapien. vii Quę facímus: cunctis exitus vnus erit.

De prędeſtinatione.

Qui precium poſcit quod non meruiſſe videtur:
Atq; ſuper fragilem ponit ſua brachia cannam:
Illius in dorſo cancrorũ ſemita ſtabit:
Deuolet inq; ſuum rictum/ſatis aſſa columba.

Omnes q̃dem p̃ſciti pauci vero ad vitam p̃deſtinati.

Scire nefas homini quę ſit diuina voluntas:
Quid ve deus ſtatuat: quis finis: quę ſibi merces:
Hęc fatui querunt: quibus eſt nimis anxia cura
Noſſe: quod a ſuperis decernitur: atq; probat.

Ad ephe. i de pe. diſ. iiii c. benedictus

Ad Roma.i. puerbi.xxvi.
Hiero.in plogo biblię.
Grego.i dia. xxiii.q.iiii. obtineri
Iohan.vi.
xxiii.q.iiii. nabuchodonosor
Sapien.x
Ieremię.li
prouer.xxiiii
Eccleſi.xii.
Math.xvi.
Ad Ro.ii.
Apoca.xxii.
Eſaie xlv.
Ad Ro.ix

Prȩcipue iccirco fatuos hoc carmine verſo:
Ignaui qui ſunt: qui vix elementa ſacrarum
Guſtarunt legum: docti tamen atq; periti
Eſſe volunt: libroſq; reuoluunt: more ſiniſtro.
Exponunt falſo / quod ſanxit diua voluntas.
Arbitrioq; ſuo ſcripturam & dogmata ſacra:
Atq; reluctantem conantur vertere ſenſum.
Audi igitur fatuos: qui ſȩuo errore trahuntur:
Audaceſq; volunt ſuperum depromere mentem:
Audi quę referant ſtulta & petulantia verba:
Si deus ȩternam requiem ſedemq; bonorum
Prȩſcripſit cuiq̃: nihil eſt quod vertere poſſit
Aut mutare: ſibi ſtatuit quod diua poteſtas.
Sed deus ad pœnas ſi quem prȩſcripſit auerni:
Tartareis tenebris ſi quem damnauit & vmbris
Hunc nihil eripiet. tanq̃ deus optimus auctor
Omnipotens non ſit: non iuſtus: non metuendus.
Dat precium nulli niſi qui meruiſſe uidetur.
Pro meritis reddi debentur prȩmia iuſtis:
Iniuſti pœnas debent perferre minaces.
Qui domino ſeruit ſincero pectore: leges
Et fidei obſeruat: precium & votumq; capeſcit.
Deſine ſtulte precor ſuperum confringere fatum.
Nos deus omnipotens ad gaudia magna creauit:
Omnibus & nobis cœlorum regna parauit
Non vult q̃ nigri ſubeamus tartara ditis:
At propria ruimus culpa: ſuperoſq; negamus:
Reddere qui iuſtis animis pia gaudia poſſunt.
Deſine ſtulte loqui: petulans compeſce labellum:
An vigulo cacabus dicet: cur vrceus haud ſum?
Sic placet artifici. bene qui bona cuncta parauit.

De obliuione ſui ipſius.

Quí volet alterius ſubitas extínguere flāmas:
Atq; ſuę patitur vrere tecta domus:
Eſt fatuus: decet & ſtultorum fiſtula talem:
Aduocet vt ſtolídos ad ſua vota víros.

Agrís tuís ſiciētibus: alieni írrígandí non ſunt.

Quí curas hominum tolerat: ſemperq; laborat
Vt res alterius peragat/fructumq; miniſtret:
Nec curare ſuas properat res/cōmoda/fructus:
Quín ſua poſtponens facta atq; negotía paſſim:

in.l. culpa eſt ff.de re.iu. et in.c. nō eſt ſine culpa. de reg iu.li.vi.

Eccleſi.xxx. In rebus propríis ſtultus dormitat & excors
Intentíſq; oculís aliena incõmoda penſat.
Hic legat interea noſtri documenta libelli:
Qui ſua poſtponens aliena negotia verſat.

de pe.diſ.ii. qui vult Cum tamẽ omnis amor: prima à ſe exordia ſumit
Incipit a ſeipſo: proprio nil gratius vſu.

Therentius Hoc docuere ſophi: docuitq; Therentius illud:
Hoc docuit veteris ſanctiſſima pagina legis

l.preſes C.de ſer.et aqua. Qui vult alterius res explorare frequenter:
Se prius inſpitiat: ſibi conſulat: atq; labores
Inde ſuos prudens proprios conuertat in vſus.

Cicero ĩ epiſ. Alterius iactum luſor qui attendit: & vſq;
Negligit ille ſuum: ſtolidus rationis & expers.

xxiii.q.v.ſi placet Qui vult flãmiuomas vndis ſedare fauillas/
Alterius tecti: proprioq; in culmine flammas

Prouer.xi. et xxxi. Conſpicit: atq; ſuis laribus ſuccurrere differt:
Ille parum ſapiens: ſua non bene comoda curat.
Alterius qui portat onus ſuffertq; labores:
Negligit & propriũ: diſcrimina ſolus habebit.

xix.q.ii.due xiiii.di.q; ait Qui cauſa alterius facit id: quod parturit ipſi
Contemptum: riſus/incõmoda/damna/labores:
Vix noſtram effugiet fatuã quin ſcandet in arcẽ:
Atq; aſinum manibus ducens ludibria tollat.

Prouer.v et xxvi Quid te ſtulte iuuat peregrinas voluere cauſas?
Quid ve alios curas? proprii ſis tutor honoris.
Diſce domus proprię/cauſas/res/cõmoda/primũ
Quęrere: & inde tibi ſit cura labor quoq; amici.

Prouer.xx. Eſt penitus fatuus qui curat res alienas:
Prouideas domui propríę: diſpone/miniſtra:

iiii.Regũ xx Hoc decet: inde tibi ſit proxima cura ſodalis.

De vitio ingratitudinis.

Qui sibi vult fieri offitium bonitatis amicum
Atq; operas promptas appetit alterius:
Est tamē ingratus: nec munera prompta vicissim
Offitii pręstat: nil probitatis habet.

Oēs sapiētes odere ingratos. Ingratitudo exsiccat fōtem bonitatis.

Est fatuus qui multa petit: semperq; reposcit
Offitium alterius: & negat ipse vices:
Qui sibi vult fieri quicq̄: debebit honores
Reddere/ & æquiualens mun⁹ amicitię.

C. deliber. et eo. li. l. i. et ii. xii. q. ii. octa. Tullius ī offi

Ad collo.iii Leuitici.xix Tobie iiii. Qui capiti alterius curas magnosq; labores
Imponit: precium conferat ille simul.
Eccle.xxxiiii Dedecus est ingens: si quis benefacta laboris
Accipit: equales denegat atq; vices.
Plautus in asi. Qui cupit ex aliqua lucrum nanciscier arte:
Hoc sibi proponat menteq; constituat:
Eroget impensas: nec rebus parcat auaris:
Si saltem laudem poscat habere bonam.
puerbi. xxii. Et si precipuos acquirere tentat honores.
Munificus/blandus/sit pius: atq; bonus.
Sapien. xvi Eccles. xxix. Qui bene contentus: facto nequit esse labore:
Quem modico precio soluere/habere potest:
Non indignetur: sibi sit querimonia nulla:
Si labor/& meritum forte negetur ei.
Eccles. vii. Malach. iii. Qui petit alterius opas/benefacta/labores:
Ingenioq; frui: munera rursus agat.
Verum a priuatis liceat descendere rebus:
Ingratas vrbes cõmemorare simul.
Camillus. de quo Tit? liui? Roma quid ingrata quondam impietate camillũ
Tractasti: pro te qui fera bella tulit?
Tu procul emeritum pepulisti ex vrbe camillum:
Quo duce fregisti gallica castra tamen.
Solon de quo Herodotus Attica terra ferox/pepulisti ingrata Solonem:
Qui statuit leges & bona iura tibi:
Pro merito ingenti: pro sudore atq; labore:
Exilium dederas: Attica terra viro.
Lycurgus de quo Iustinus Nec taceo ingratos ausus/q; Sparta lycurgum:
Latorem legum pellis ab arce tua.
Scipio affri. Titus liuius Scipio qui fuerat patrie seruator honestus:
Ingratam patriam sensit & ille suam.

Sui ipsius complacentia.

Pulmentum fatuis prẽsens mea decoquit olla:
Adsit stultorum sordida turba precor:
Adsit qui speculo vultum/faciemq; frequenter
Inspicit: & semper cui sua facta placent.

Cũ sua cui q; placent facta atq; negotia soli.
Hinc stultis tota est, terra repleta viris.

Hic bene pulmentum posita cõtundit in olla:
Atq; coquit fatuis sua pulmentaria crassis:
Qui se prudentem fors estimat/atq; decorum:
Cui sua sola placent: & quem vesania ductat:

prouer.iii c. ne, inuitaris de cõsti. Ad Rom. viii

Vt ſpeculo ſemper ſe contempletur inani.
puerbi.xiii. et xiiii. Cum tamen: in vitro fatuum quoq; cernat inertē:
Quamuis non videat/capitis quas porrigit aures.
Hic ſi deberet dygitis iurare leuatis:
Cum de formoſis/ſapientibus/atq; peritis
Eccleſi.xx. Iob v.et xviii Sermo foret: ſeſe cunctis pręſtare putaret.
Et ſibi non ſimilem in ſpatioſo crederet orbe:
puerbi. xxxi Iuraretq; ſimul ꝙ deteſtatio rerum
Ezech.xvi. Eſaię iii. In ſe nulla foret: ſe pulchrum/ſeq; beatum
Eſtimat/atq; homines audet iurare deoſq;.
Conſulit hoc ſpeculum ſemperq; & fungit̃ omni
Tempore: ſeu ſomno iaceat lectoq; ſupinus:
Siue ſtet erectus: vitro ſuſpenſus inhęret.
Otho Impator ſpeculū ſp ſecū habuit Iuuenalis Quid ſpeculū memorē Pathici geſtamē Othonis:
Quod ſecum in caſtris cęſar geſtare ſolebat.
Quottidie barbam qui raſit/glaber vt eſſet:
Vngebatq; cutem cum ſucco lactis aſelli.
Saluſtius Offitium muliebre quidē eſt: hos fœmina quęrit
Ornatus: ſpeculum & pendet de fronte puellę:
Retiolum: & mundū: contexta monilia: veſtē:
Ordinat: idq; mares hodie comitant̃/aguntq;:
Vt ſibimet placeant: ſeſe mulieribus ęquant.
Ennius Tullius ī off. Noſtri etenim iuuenes habitus geſtant muliebres
Illaq; virgo viri: nulla eſt diſcretio rerum.
Pygmalion de quo Ouidius. x.metha. Pygmalio effigiem fertur de marmore quondā
Feciſſe: & ꝑprium ſibi tam coluiſſe laborem:
Perditus vt fuerit vecors in marmora verſus.
Narciſſus de qno Ouidius iii.metha. Fonte ſuper vitreo periit Narciſſus amore:
Dum ſua forma placet fatuo quam vidit in vndis:
puerbi. xiii. Stultorum numerus ſic creuit: & impia turba.

De choreis & saltationibus

Qui choreis gaudet aut saltibus inmoderatis:
Vt cuculam ducat stultior ipse manu:
Ille deum offendit: perdit quoq; tempora frustra:
Contrahit inde etiam plurima damna sibi:

Nil placet in tota sapiẽtib? vsq; chorea:
Quod iuuet / aut p sit: cõdecet ve bonos.

Hos quoq; nõ sanos fore dicim?: immo furentes: Exodi xxxii.
Qui choream quęrunt: quos labor ille iuuat:
Vt currant passim: veluti furiosa vagatur
Thyas: vbi erectus Thyrsus in arua vocat. Orgia bacchi

Druyde de quibus Iuli⁹ ceſar in cõmẽ

Vt druydę ſaltant pulſantes tympana galli:
Vertice in ideo: cum furor vrget eos.

Salii de qbus Virg.ii.geor.

Ceu quondam ſalii fetidos ſaliere per vtres:
Turba/Cybeleios ſic agit illa choros.

Quid rogo quid fatui plantas in puluere laſſas
Efficitis? quę merx digna labore tamen?

Aſt ego dum meditor fatui primordia ludi:
Principii cauſas cõmemoro eſſe malas:

Exodi.xxxii

In ſtatua vitulum dęmon cum poneret aureum:
Contemptum faceret impius/atq; deo:

i.corin.x

Cum bene potaſſet populus: perſuaſit ad illam:
Luderet inq; chorum turba proterua: iubet.

vide nota. glo in cle.i.de cel. miſſ.

Illecebrę tales pariũt incõmoda multa:
Ad vitium prębent ſemina multa frequens.

in cle.attendẽtes de ſta. rel. de vi.et ho.cl. cũ decorem.

Concurrunt illic pompoſa ſuperbia: luxus:
Et petulans ſaltus: & furioſa venus:
Nam venus inprimis/choreis ſolatur in illis:
Hanc ſequitur pedibus turba petulca citis.

puerbi.ii.

Ludus in orbe quidem eſt nullus damnoſior iſto:
Contaminat ſtimulis pectora caſta ſuis:
Ludus & iſte quidem: non pax/ſed pugna videt.
Clamando currunt/vociferantq; nimis.

Quis locus immunis: quẽ non veſania talis
Contaminat? templi vix loca tuta manent.

Clerus: & in cappa monachus: puer atq; puella:
Et iuuenes blandi: decrepitiq; ſenes:

Virg.ii. geor Iudith.iii.

In girum ſaltant pedibus: ductantq; choreas:
Atq; incompoſitis motibus vſq; ruunt.

Ruſticus in circo teneram cum flectit amicam:
Non ſitis hunc tota nocte/die ve premit.

De nocturnis ioculatoribus.

Qui cythara/aut aliis ludis de nocte vagat:
Ante domum stultę cantando pulsat amicę:
A dulciq; mouet luctantia membra sopore:
Hunc fatuum oblectat/moriatur frigore noctis.

Stult⁹ per plateas nocturno tẽpore currit
Carmen & exclus⁹ flebile cantat amans.

Iam satyrę finem posuissem pene: ratemq;
Mouissem ad portum: cęlsaq; vela simul:
Sed mihi propositũ rapiunt nunc turba/cohorsq;
Stultorum: vigili qui modo nocte volant.

Esaie xxix
Sapien. xiiii

Iob xxxiiii

Dum mollem capiunt animantia cũcta soporem:
Dum requies animis corporibusq; datur:

Prouer.vii.

Ebria turba vias/vicos/strata/atq; plateas
Occupat: & clamat: stultaq; verba canit.
Nocturni lemures stigiis de fontibus orti:
Hos homines turbant: eumenidumq; cohors.
Hi cytharas feriunt: hi dulcia barbita tangunt:
Hi fidibus ludunt: ismari aq; lyra.

Ouidius in arte. Lucę.v.

Ante domum cantus charę modulantur amicę:
Et stantes vlulant: cantica stulta canunt:
Non abeunt: donec fundatur vrina matellis:
In caput aut donec saxa/vel olla volat.
Quin etiã hęc peragunt hyberno tpe stulti:
Cum glacie & niuibus candida tecta rigent.

Sapien.xvii. Iohau.xi.

O male prudentes: quid vos hęc gaudia noctis
Delectant? quid vos currere nocte iuuat?
Nec solum iuuenes: humili de plebe creati:
Cantando tacitę ludicra noctis agunt.
Hoc ꝓceres faciũt: clerus/monachi/atq; sacerdos:
Ad ludum hos omnes fistula stulta vocat.
Hic latrat: ille boat: balatum ructitat alter:
Toruius exclamans: plus sibi laudis habet.
Hac etiam in turba reperitur sępe maritus:
Qui solet in fatuo ducere fune chorum.
Vxoremq; suam viduo in lodice cubantem
Desert: & causam dat sibi sępe mali.

Iuuenalis

Dum cuculam pascit vir: fœmina sępe nouellã
Currucam admittens: oua aliena cubat.

Ad ephe. iiii .i.thessa. iiii.

Vos igitur moneo facitis qui talia: vestras
Obseruate fores: seu remanetę domi.

De mendicis & eorum vanitatibus.

En metui ne me stultę defectio sectę
Afficeret: numerus nec satis vsqꝫ foret:
Sed mendicorum turbas scrutatus vbiqꝫ:
Inueni paucos (credite) vbiqꝫ bonos.

Tot mẽdi corum cer nis fraudes qꝫ dolosqꝫ. Vt merito hos fatuis grandibus accumulẽ.

Inter mendicos fatuorum est magna caterua:
De quorum ritu nostra camęna refert.
Se plures nutrire volunt: natosqꝫ tenellos:
Hoc studium multis: hęc quoqꝫ vita placet:

C. de mẽdi. vali. li. xi v. q. v nõ oĩs 86. di. c. pasce glo. sup math

c. auaricie de preben. puerbi. xiii.

Clericus: & monachus rerum qui seruat aceruũ:
Mendici exercet attamen offitium:
Paupertatis onus tales plerumq; querunt:
Ast opibus pleni/diuitiisq; rogant.

Luce. xi. Tobie. iiii. et xii.

Vsu oportuno est elemosyna sacra statuta:
Vtq; inopi solũ/pauperibusq; detur.

Eccles. iii. Ps. xl.

Hanc dedit oipotens homini vt releuamẽ egeno
Esset: sed tamen hanc plebs vitiosa rapit.

Danielis. iiii

Non prior in claustro: non abbas: presbiter atq;:
Censibus in propriis cor satiare queũt.
Plus cupiunt: saccos/capsasq; inferre per vrbes
Mandant: hisq; domus/limina cũcta premũt.

Eccles. vii.

Per plateas currunt mendici: perq; tabernas:
Nullus ab his vacuus nunc locus esse potest.

de pe. et re. c. cũ ex eo

Sunt qui reliquiis sanctorum munera poscunt:
Et questum faciunt per loca cuncta suum.
Spirituũ vendunt pennas sepe æthereorum:
Vanaq; nonnunq̃ corpora/& ossa ferunt.

Eccles. xix. l. vna. C. de mẽdi. vali.

Sunt alii qui cum validi sint corpore & annis:
Mendicant tamen: & crimina grandia agunt.
Fraude sua pueris effringunt membra parentes
Vt morbos vlulent: vulnera grata fleant:
Et stipem precibus poscãt: manibusq; quadrantẽ:
Quas fraudes melius theutona scripta notant.

Vide librũ stultoꝝ in lingua theutonica latius

Mendicant multi iuuenes validi atq; potentes:
Causa est: q̃ labor his atq; op9 omne graue est.
His qa plus placuit alienis viuere rebus:
Paupertatis & hinc pondera grata gerunt.

xlii. dis. quies cam9 in glo.

Si mendicorum pergam memorare profanos
Ritus: & mores: pagina deficiet.

De iracundis mulieribus.

Sunt plęriq; mares/asinos equitare frequenter
Qui cuperent: si non fœmina prima foret:
Sed qa precipitem mulier contorquet asellum:
Fœmineo hinc generi pareat vsq; pecus.

Sic colligo qꝑ vidicta:
Nemo magis gaudet q̃ feram.

Fœmineũ laudare genus mea carmina vellent
Nunc potius: sed me causa maligna mouet:
Si natura negat: facit indignatio versum:
Fœmina me patitur praua silere nihil:

puer. xxi.
Eccles. xxv

puerbi. xxi Cõmendare bonas mulieres ſemper amabo
Sed prauas verſu dilacerare decet.
Ad quod ſecurum facit/& dictare paratum:
Nullaq; hanc ſatyram fœmina docta leget:
Cornelia Gracchorum mater leget hos Cornelia nunq;
Verſiculos:mulier nulla diſerta leget:
Propterea audaci depromam carmina vultu
Laudabo iuſtas:dilaniabo malas.
Eccleſi.xix. Fœmina quę ſophię iucundo lacte fouetur:
Et quam delectat cum probitate decor:
Non facile ad crimen putidum:moreſq; pudẽdos
Corruit:aut tentat dedecus atq; nefas:
Eccleſi.xxvi Fœmina iuſta quidem mulcet plerumq; maritũ
Iratum:placat ſeuitiamq; viri.
Heſter.v. Rex quondã Aſſuerus:mãdauerat enſe necandos
Hebrœos cunctos/& iugulare viros:
Heſter ſed verbis placabat pectora regis:
Iratum blanda mollíit atq; prece.
Abigail i.Regũ xxv Rex pius a Nabal ſpretus:lenitur ab vna
Abigayl:gladium/ continuitq; manum.
Eccleſi.xl. Conſilium dat caſta bonum:dat fœmina mores
Prouer.vi Salomon Ingenuos:mala ſed nõ pia vota parit.
iii.Reg.xi. Conſilio Salomon mulierum infectus iniquo:
Eccle.xlvii. Vt coleret falſos/in ſua damna/deos.
puerbi.ix. et .xxv. Linguulaca eſt mulier:ſemper profundere voces:
Eccleſi. xxv Verbaq; dira cupit:& ſine fine loqui.
Eccleſi.xlii. Ouidius.v. metha. Pieris innumeros pullos eduxerat olim:
Longius emiſit ſemina pica loquax.
puerbi.ii. Erue diue pater/rex cœli & conditor orbis:
Eccs̃.vii. A nequam & praua nos muliere mala.

Eſt pícís ſímílís mulíerum garrula turba — Eccleſi.xiii.
Quę garrit: queritur/eiulat atq; furít. — Prouer.vii.
Fœmína quę ſemper nocturnís lítígat horís: — Iuue.vi.ſaty.
Et pacem ín ſtrato non ſínít eſſe thoro: — Eccleſi.26.
Murmurat: & tacitos blactít maleſana ſuſurros: — puer.ii.&.v.
Atq; moleſta víro lítígat ílla nímís
Fœmína ſępe etenim verſuta eſt atq; maligna: — Eccleſi.xix & xxv.
Vt ſíbímet prudens/ímperet ípſa víro:
Nec poterít tolerare boní documenta marítí:
Nec vult pacífící vota tenere vírí:
Sępe cadít íuſtus metuenda ín damna marítus: — Eccs̃.vii.
Vxorís temerę quę ſíbí língua parít.
Amphíon teſtís: Thebanę conditor arcís: — Amphion. Oui.6.meth.
Vxorís Níobes crímína morte luít.
Si fas vſq; loquí foret hís: Calphurnía nudum — Calphurnia.ĩ l.ff.de poſtul'.
Monſtraret clunem: & poſterıora vírís.
Nulla adeo ín terrís anímantía/ſíue creata:
Quantum fœmíneum concítat ira genus. — Eccleſi.25.
Fœmína dum ínſanít malefído agítata furore
Sęuítíam ſuperat: díra leęna: tuam:
Sęuíor hyrcana eſt hęc fœmína tygríde: raptos
Dum catulos ſequítur: fœmína ſęua magís:
Exemplum prębet nobís írata Medea: — Męedea de q̃ Seneca.ĩ medea.
Natos truncauít quę furíbunda ſuos.
Exemplũq; dabít nobís ſímul ímpía Progne: — Progne de q̃ Ouidius.vi. meth.
Quę teneří nati membra necata coquít.
Q; níſí perdoctus Iuuenalís cuncta referret
Crímína: quę mulíer fíngere ſępe ſolet:
Vellem quandoquídem rítus memorare vetuſtos
Fœmíneí generís: & recítare dolos.

Eccs.vii. Cor mulieris enim: cunctis spinosius herbis:
Felle tumet semper: pectora bile dolent:
Nil manet intactum putido mulieris ab ore:
Ecclesi.xxv. Perturbant mores: fœdera/iura/fidem:
Et fœdant thalamum sacrum: nec pronuba Iuno
Prouer.ix.
Eccles.xlvi. Has vetat. inuetitę crimina legis agunt.
Fida comes nulli mulier vult esse marito:
Grande supercilium fœmina praua gerit.
Iuuenalis. Euacuat loculos nūmis: & conterit omnes
Census: atqꝫ domus pensitat acta nihil.
Prouer.xxx. Sunt tria sollicitant quę terram/quę mare: quartū
Quod nec terra potest: nec maria vlla pati:
Seruus qui factus dominus/magnusqꝫ patronus:
Tum fatuus totiens ebrius atqꝫ satur:
Tum furiosa quidem mulier: prȩcordia cuius
Liuor edax semper: iraqꝫ sęua rapit.
Quartum quod superat cū cta hęc/ancilla supba:
Hęres quę dominę sit cito facta suę.
Iuuenalis. At modo de tali cupio muliere silere:
Prębet qꝫ poclis dira venena viro.
Agrippina Pontia. Qualis Agrippina: aut vesanę Pontia mentis:
Quales & satyri pagina docta notat.
Danaides Bęlides occursu terrent modo corda virorum.
Clytimnestra Sęua Clitimnestra: & fœmina quęqꝫ mala.
Lucretia Iungitur in thalamis Lucretia rara maritis:
Thais Thais habet partes perfida in orbe suas.
Porcia Cath. Portia rara hodie contingit iuncta Cathoni:
Sabina Nec cunctis nubit casta Sabina viris.
Prouer.xii. Fœlix qui poterit mulierem ad vota tenere
Ecclesia.xxv. et xxvi. Vsqꝫ sua: & castum continuare thorum.

De potentia fatuitatis.

Stultitia extendit castra & tentoria passim:
Et secum totus militat orbis iners:
Precipue stulti: quos magna potentia vectat:
Et qui diuitiis / presidiisq; valent.

Omnibus intterris tenet insipientia sceptra.
Illius & sequit regia turba pedes.

Cum tibi nemo ausit prauos ostendere mores:
Esse scitus qui contendis stultissime diues:
Hinc cęco incedens in tramite: turpius erras.
Vis sapiens cunctis reputari & dicier / horis:

Sapien. v.
Prouer. xvii.
et. xxiiii.
Eccles. 34.

Tu licet inſcitię plenos effuderis orſus.
Pš.ix. O quotiens cum nemo velit pręponere ſtultum:
Prouer.xxvii Se laudat: fatuuſq; refert mauortia geſta
Eccleſi.xv. Pluríma: cũ maleſana tamẽ/quę prodit ab ore eſt
22.q.ii. pmũ. Laus ꝓprio: aſcríbit ſolus ſibí fortía ſtultus.
Iob.xxxvii. Fortunata nímis tellus quę príncipe díuo
puer.xx. Ornatur: quem vix ſupet vel magnus Vlyxes:
Eccš.x. Tempora partítur prudens: cum tempore verſat
Sapien.vi. Síngula: non íllum nũmus: nõ munera captant.
Virtutís cultor ſed enim: & ſua proſpera regna.
Eccš.v.&.x. Ve terrę cuíus rex eſt puer: íllíus atq;
puerbi. xxx. Conſulíbus tuceta placent: nocturnaq; vína.
Híc etenim ímperiũ regnũ quoq; díſſípat omne.
Sapien.xi. Stultus ín arce ſedens palpatus munere ſpurco
Eccleſi.x. Inuertít leges: conſeſſus/roſtra/víroſq;:
Alter amicítíam prędert: ínſontía damnat:
Sancta hínc ſímplícitas teríturq; cadítq; nefande:
Saꝑ.vi.&.xii Aequo deberent líbramíne íura foueri:
Danieł. xiii. Sed vereor ſínt pſeudo ſenes quos caſta Suſanna
11. Macha.4 Allícít: Andronící ꝓ quo perímatur Onyas.
111.Re.xx. Vota etíam Benedab fregit dum munera vídit.
1.Macha.xii Et Ionatham Tríphon per munera míſſa fefellit:
Iugurta de q̊ Sic Romam quondã tetigít clamando Iugurtha
Saluſtius Vrbem venalem cum diceret: & períturam
Munere: ſí díues emere íllam temptet íníquus.
Ouiꝰ. de arte Munera crede míhí placant homineſq; deoſq;:
Horati.ĩ epiſ. Omne genus nũmum veneratur: pectore víncít
Eccš.x. Fortía: ín acceſſum línquít nihíl: omnía vaſtat.
Eccleſi.x. Quo ſíbí concumulet numerũ íngentemq; cateruã
Stultítía: & regnet cuncto & domíneť ín orbe.

De aura cstrologię.

Eſt fatuus ſiquidem/vanuſq; incredulus atq;:
Ex aſtris cupiens noſſe futura poli:
Ruſticus & quiuis indoctus: certat haberi
Aſtrologus: fatuas fingit ephimeridas.

Libera fata homini tribuit diuina poteſtas:
Sydera nil cogũt: ſapiẽs dñabitur aſtris.

Aſtrologos etiam decet huc arceſſere vanos:
Atq; mathematicos/arioloſq; ſimul:
Huc ades aſtronõe/atq; plãetiſta/augur/aruſpex
Sortilege/& quiſquis ſydera ſola colis. k.iii.

26.q.5. non liceat chriſtia. & per totũ. & 26.q.7. nõ obſtetiſ. &.c.ſe

ad Gall.iiii. 26.q.7. quis existimaret.

Singula facta hominũ parua atq; minuta recẽses:
Exponis vano sydera iuditio.
Stultorum in numero plures nunc scire futura
Conantur: rebus peruigilantq; malis:

26.q.2.ipsos.

Astrorum cura est illis: & sydera spectant:
Omne quod ostendũt astra referre volunt.

Exo.xii.

Archanas rerum causas: elementa/planetas:
Spectant: & quicquid lucidus orbis habet.

Planetistę

Errorem hic lunę variũ: solisq; labores:
Astrorum motus: inspicit atq; vices.

Saturnus Mars Venus Mercurius Iuppiter

Hic docet immitis quid sydus triste minetur
Saturni: quid Mars significare velit.
Hic aperit quo lęta venus se proferat astro:
Atlantisq; nepos: Iupiter atq; pius.
Saturno genitos ad furta & probra recensent:
Quos tamen atq; bonos reddere fata queũt.
Et natos Martis referunt ad tristia bella:
Quos pace interdum cernimus vsq; frui.

Ad Titũ.ii. Ptolomeꝰ

Iuste age: nec dubita/sapiens dominabitur astris
In manibus summi stant elementa dei

Ad Roma.xi Ecclesi.i. Pš.xxxv.

Iuditium siquidem & mentem vis scire tonantis
Stulte mathematice o: te furor vnde rapit?
Tu facis: omnipotens tanq̃ sua fata reuelet
Mortali cuiuis iuditiumq; poli.

de pe.dis.iiii. in domo.

Omnia linquamus supero: qui cuncta creauit
Qui nutu/cœlum/& sydera clara regit.

Ad Ephe.i. Ad Ro.viii. 26.q.5.nõ licꝫ 26.q.3. admoneant

Astra quid aduersi possunt portendere? si nos
Defendit: cuius gloria summa/deus.
Quicquid ephimerides referunt: ꝑ inane laborãt:
Nil genesis: sortes/nil quoq; fata valent.

De geographica regionū inquiſitione.

Qui cœlum & terram: latum metiť & orbem:
Climata deſcribit: & memorat populos:
Hic fatuum inſtantem craſſa a ceruice repellat:
Nil bonitatis habent hęc monumenta quidem

Stultior ille quidē q̄ mēſurā vndiq̄ terrę Metiť: nec ſe nec ſua ſcire valet.

Non ſatis eſt ſapiens: non eſt ratione politus:
Sed noſtra in naui carbaſa plena trahat:
Qui latera immenſi mundi metitur/ & orbis
Climata: ſtat fatua circinus inq̄ manu:

xxvi.q.iiii.c. igitur. Nosse cupit cunctas regiones/& loca cuncta:
Humano siquidem/cognita non generi:
Esa.xl.&48. Eccs̄.iiii. ii.Corin.x. Nunc orbis lati metas: longosq; reflexus:
Pensantur: fatuos sedula cura mouet.
Nssere conant gentes quas spectet Eous:
Quas calor australis: occiduusq; tepor.
Abacuc.iii. Stultus hyperboreum mensuram flectit ad axem:
Et quęrit populos hac regione feros.
Mensuratq; vrsam dygitis quandoq; minorem:
Quo populos tali sub regione notet.
Europę atq; Asię spatium collustrat vtrumq;:
Grecos/Aeolios/Cappadocas/Cylices:
Et Libyę gentes rutilo sub sole iacentes:
Atlantem/& Calpen: Herculis atq; fretum:
Semotam Thylen: quęrit vel in orbe Brytannos
Extremo: & radio Theutona claustra notat.
Nosseq; vult tumido positas in gurgite gentes:
Et causas restui succiduiq; maris.
Strabo Prestita cosmographi lustrat documēta Strabōis:
Intactū toto nil sinit orbe quidem.
Eccs̄.vii. Quid geometer enim tantas in pectore curas
Concipis? incassum circulus ista terit.
Plinius. Ptolomeus Plinius errauit: quamuis spectabilis auctor:
Errores varios & Ptolomęus habet.
Sapi.iii. Hiere.ii. Inuanū siquidē multorū corda laborant:
Rebus in incertis quos ita sudor agit.
Ezech.xiii. Eccle.xxxiiii Antea quę fuerat priscis incognita tellus:
Exposita est oculis & manifesta patet.
Ferdinandus hispaniarum rex. Hesperię occiduę rex Ferdinandus: in alto
Aequore nunc gentes repperit innumeras.

De eo qui non vult esse fatuus:
Marsia cum docto certauit Apolline: victus
Amisit palmam: perdidit atq; cutem.
Attamen in manibus pendebat fistula stulti:
Et fatuus mansit marsia vt ante fuit:



Si cõtuderis stultum in pila q̃si ptisanas feriẽte desuper pilo: ñ auferet ab eo stultitia eius.
Clamanti cutis est sũmos direpta ꝑ artus.
Nec q̃cq̃ nisi stultus erat.

Quilibet hanc fatuus naturam continet inse
In solita vitę proprietate manens:
Rideri q̃ non sentit se: illudier atq;:
Marsia propterea decoriatus eras.

puer.xxvii.
Oui.6. meth.
Oui.vi.fas.
Iuuenalis.

Nam phœbum cythara ductum irritauerat ille
Ad pugnam: propter quam sine pelle iacet.
Eccs̃.ii. Huius ad exemplum: tantis obducta tenebris
Prouer. xxvi Stultorum mens est & ratione carens:
Vt fatuus quisquis se tempore credat in omni
Prudentem: sapiat cum tamen ipse nihil:
Eccle.xx. Nec tamen aduertit risus: hominumq; cachinnos
Sapien.iiii. De se sic fieri: nec videt auriculas:
Sería cuncta putat/cum risu illuditur ipse:
Eccles.xix. Quęq; audire cupit: credit & illa libens.
Tibia dependet solitis innexa lacertis
Stultitię signum prębet vbiq; suę.
Oui.i.tristiu. Si quis opes multas locupleti possidet arca:
Prouer.xix. Thesauros magnos & tenet in cumulo:
Hunc plures vigili cursu sectantur amici:
Semina qui cumulent ad scelus atq; nefas:
Luce.xv. Et spoliant stultũ iuuenem: vacuũq; relinquũt:
Prodigus his sociis heu bona cuncta terit.
Tulli⁹ de ami citia. Amplius & vacua dum nil seruauit in arca
Nec res occulto sensit abire dolo:
Factus inops tandem: cunctis priuatur amicis:
Et refugit fatuum perfida turba procul:
Acclamat supos: & tristia verba profundit:
Pęnituit tandem at sera querela nimis.
l. ius alimẽto rũ. ff. ubi pup edu. deb. Qui res tam multas vno consumit in anno
Ad cursum vitę quod satis vsq; foret:
Est fatuus: vafris/res cõpartitur: at illi
Prouer. xviii Plus nũmum quęrunt q̃ vel amicitiam.
Exquo paupertas: cõtemptus/risus/egestas:
Proueniunt: stultus & sine honore sedet.

De non intelligentibus ludos.

Qui vult cum pueris/ & stultis ludere: debet
Illorum lusus & tolerare iocos:
Ad clauum ne sit nauis reuocandus: & alta
Vela trahens: malũ frangat. & inde ratem.



Ludere cũ fatuis qui vult puerisve: beĩgne Illoꝝ toleret verbera/ verba/ iocos.

Ludere cum fatuo qui vult: tolerare nec ipsum
Cogitat: ad fatuos cõnumerandus erit.
Cum puero siquidem qui vult contendere: stultus
Si non ipsius ludicra ferre potest.

Mathei. vii i. dis. in prin.

puerbi.xxvi. Stultus & hic pariter mouet ad conuitia riſum:
Ebrius: obtuſus/dicitur atq; puer:
Eccleſi.i. Qui vult cum pueris & ſtultis ſępe iocari:
Alternis vicibus ludicra verba ferat.
Venari qui vult: opus eſt vt retia ponat:
Sectetur canibus: cumq; labore feras.
Quiſquis forte globo cupiat ſubuertere ſtantes:
Erigat ille ſimul mox quoq; pyramides.
Eccleſi.xix. Pro verbo verbum: pro luſu ludicra dantur:
Stultus qui poterit non ita ferre vices.
Intolerabilius tamen eſt/& ſemper iniquum:
Pꝛ.xxxvii. ad Ro.xii. Pro pietate bona reddere forte malum.
i.ad Theſſ. v. i.Pe.iii. Hęc fatuos natura manet/quod rarius vſq̃
Condignas referunt pro bonitate vices.
Prouer. xiii. Verſari ſapiens vir cum prudentibus optat:
Eccle.xiii.& xxviii. Cum fatuo ſtolidus quęrit habere locum.
puer.xxvii. Qz fatuus tolerat nullum: ſua ſola putanda eſt
Ambitio: cunctos nam regere ipſe cupit.
c. quia p ābi. de elec.li.vi. Eſt dolor in ſtolido vehemens: ſi pręſidet illi
Prudens. ſe meritum nam putat eſſe virum.
In ſumma noſtram poteris ſic carpere mentem:
Inſipiens ſolus ſceptra tenere petit.
Lucanꝰ ī ptio Non vult ferre parem: maiorem ferre recuſat.
Cuncta ſibi in terris inferiora putat.
Heſter.iii. Gaudia non Aman maleſanus tanta putabat
Qz cuncti colerent omĩa iuſſa viri:
Quantus erat dolor huic/q; Mardochęus apella:
Non caput atq; genu flectere vellet ei.
Eccleſi.viii & xx.&.xxii. Qui ſapiens igitur dici cupit atq; probatus:
Inſanos fugiat/inſipidoſq; viros.

Malefacere & non expectare.
Ille quidem celerem contorquet in æthera pilã:
Nec ſpectat lapſam quo cita pila cadit:
Qui facit infęſtos multos ſibi: reddit & hoſtes:
Nec lapſus ſpectat conſimileſq; vices.

Heuſ oim rerũ viciſſitudo
Quod tibi vis fieri: mihi fac: quod ñ tibi: noli:
Sic potes ĩ terris viuere iure poli.

Inſulſos etiam fatuos referam qui lędere multos
Percupiũt: lędi non tamen vſq; putant.
Inſanum penitus fateor: qui crimina iactat
In faciem alterius: conſpuit atq; caput:

Math. vii. In prohe. decre. ĩ. c. dilecti de ma. & obe. 11. q. 6. q ſe fcit

Nec tamen hęc rurſus fieri pateretur ab illo:
Sapien. xviii Nec vice conſimili: pertolerare iocum.
Quid ſis facturus bene pręmeditarier ante
Eccle. xxxiii. et xxxv. Conuenit: haud facias: quod tolerare neges.
In ſaccum qui vult alios detrudere: ſumat:
Maxilli pariter plagam aliquando ſui.
Perillus de q. Ouidius. i. de arte Fecerat vt thaurum infœlix ex ęre perillus:
In quo mugitus ederet ore nocens:
Imbuit at primus vaccam quam fecerat ipſe:
Criminis atq; ſui pręmia iuſta tulit:
Mathei. vii. Quod tibi non fieri cupias o ſtulte prophane:
Ne facias aliis. ne malefacta feras:
Ps. vii. Prouer. xxvi Eccleſi. xxvii Sępe facit foueam fatuus/nocuũq; foramen
In damnum alterius: quo tamen ipſe perit:
Heſter vii. Nempe crucẽ quondam fecit maledictior Aman:
Qua Mardochęi frangeret ille gulam:
In caput illa ſuum ſed crux deſcendit: & in qua
Suſpenſus/mortis pręmia iuſta tulit.
Prouer. xvii. Eccleſi. vii. Tu poteris cunctis bene nunc confidere: ſed tu
Prouideas fraudes: pręcaueaſq; dolos:
Qui bene confidunt ſępe experiuntur amarum
Virus: nam quis ſcit in cute quanta fides?
Eccleſi. ix. Prouer. xxiii Non cõuiua homini nequam/cui liuida corda
Sunt: & ſecretum pectoris exitium:
Ede ait hic hoſpes: nunc fercula ſumito noſtra:
Iam bibe: de cęna vt poſſis abire ſatur:
Attamen aduerſus te virus/corde ſiniſtro
Eccle. xiiii. Portat: liuentes aufuge docte viros.
Sępius arridet te riſu forte iocoſo:
Qui cuperet mentem dilaniare tuam.

De improuidentia futuri.

Quisquis in æstatis fœcundo tempore: messem
Negligit: & fructus: nec bona grana legit:
Cogitur hyberno / sub sole carere cupitis:
Vrsorum & dygitos suggere more / suos.

Vade ad formicã o piger / & cõsidera vias eius: & disce sapientiam: q̃ parat in ęstate cibũ sibi: & congregat in messe q̃d cõmedat.

Stultum pręterea reputo qui deside vita
Viuit: & in pigro pectore torpor inest.
Quis non castiget fatuũ hũc: qui tempore nullo
Dispensat vitę cõmoda recta suę:

lxxxiii. dis. nihil Seneca Prouer. vi.

Deut.xxxii. Non aptare potest animũ ad quęcunq; futura:
Inceptor stolidus: nec sua facta notat.
Hic nihil acquirit rerum pro corporis vsu:
Omnia dilapidat: nil retinere solet.
Eccles.xxvi. Est adeo demens: proprios nil cernit ad vsus:
Rebus oportunis inuigilatq; nihil:
puerbi.xix. Prouidet atq; nihil stultus: nisi cogat egestas:
Atq; fames stimulet: torqueat atq; sitis:
Temporis haud fatuus meditatur fata futuri:
Pręsentes tantum respicit ille dies.
Prouer. xiii. De naso ad fauces: hominis meditatio stulti
Vergitur: vlterius mens sua stulta tepet:
Eccles.iii. & xxxviii. Hunc puto prudentem: versat quẽ cura futuri
Vnde habeant pueri forte alimenta sui:
puerbi. xx. Quęrit & æstatis calidę sub tempore: fructus
Ad vitam vt possit cõmoda habere suis.
Sapien.xv. Ast illum penitus fateor ratione carentem:
Ad res qui nunq̃ prouida corda gerit.
Prouer. vi.& xxiiii. Dormitat fatuus stratus sub sole calenti:
Qui nihil acquirit sed bona parta vorat
puerbi.xxi. Tristis hyems istum ieiuno gutture torquet:
Non habet vt stomachum quit satiare suum:
Prouer. xxvi Math.xxv. Et vitam miseram brumali tempore ducit:
Qui tempestiuas non cumulauit opes.
Eccles. xxii. Qui non collegit fœnum: cum Iulius ardet:
Nec sibi quęsiuit emolumenta domus:
Prouer.xxii. Frigeat in bruma gelida: quęratq; per vrbem:
Fasciculos fœni: stramina nuda terat.
Iuuenalis Prouer.vi. Exemplum magni prębet formica laboris:
Colligit & seruat tempore quęq; suo.

De litigantibus in iudicio.

Litibus & rixis qui delectatur: & omni
Tempore contendit: iudiciumq; petit:
Est fatuus vehemens: nempe excęcare laborat:
Iustitiam: & legum contaminare fidem.

Sicut coruus sequit cadauera: ita rixosus lites.

Acrior ad reliquos fatuos consurgere dignum est:
Quos agitant męsti iurgia vana fori:
Turba quidē est ingens stultorū: copia pręgnās:
Horū/ qui lites iudiciumq; petunt. l. i.

1. Cori. vi.
Proverbi. iii.
Eccles. viii.
Ad Titū. iii.

ii.thimo.ii
Vath.v
Pro cauſa exigua: minima pro re vel inani
Contendunt ſtulti: concipiuntq; dolos:
Prouer. xvi.
Eſaie.lvii
Iudítii amfractus fatuo quęruntur ab omni:
Et gaudent lites ꝙ ſine fine gerant.
Iacobi.iiii
Tardo etiam ſtrepitu / plures ambagibus vti
Conantur longis iuditiumq; trahunt.
Prouer. xvii.
Scilicet vt nocui fugiant decreta / ſacratę
Iuſtitię: leges aufugiantq; bonas.
Eccleſi.vi.
Hieremie. ii.
Eſt qui ſe patitur banniri / in iuſq; vocari:
Excludiq; ſacra ſtultus ab eccleſia:
Prouer.xxvi.
Nil tamen hęc curat: ius fraude laceſſere tentat
Iuſtitiam fugiens impietate ſua:
Eccle.xxvi ii.
Nec tamen id fatui meditant: qui fora quęrunt:
Et lites varias: iurgia vana mouent:
Eſaie.lviii
Eccleſi.viii.
Inuidiam ꝙ tunc incurrunt: quodq; doloſos
Cauſidicos ditant: qui ſibi dona petunt:
Poſtq̃ te ſcribę calamus conpinxit auarus:
Ponit & in craſſo codice verba tua:
Eccleſi.viii.
Prouer. xviii
Tu tamen inſipiens tua cuncta impendere liti:
Et cauſę intendis quę loculum euacuet.
puerbi.iii.
Corrumpis nūmis: alio vel munere / iuris
Cuſtodes: melius vt tua cauſa ſonet.
Eccs̃.vi.
Pinguius & melius ſiquidem declamat / agitq;
Cauſidicus: palpet quem tua larga manus:
Sępe oratores ſpatioſo ex orbe vocamus
Quo prolongari iurgia noſtra queant:
Vtq; phaleratis verbis diffundere cauſam
Poſſint / & legum garrula verba loqui.
Eccleſi.xl.
Prouer.xxiii
Cauſidico a tali iudex cito fallitur / is qui:
Iudítii ſceptrum ſimplicitate regit.

De obſcęnis fatuis.

Colloquium prauum: & línguę laſciua pudendę
Verba: bonos mores contamínare ſolent:
Inducuntq; malos mores: vítamq; prophanís
Rítibus: ínuertunt íngeniumq; pium.

Coínq̃nãt mores bo= nos: ſermo malus.

Feſta nouí patrís celebrant plures Grobianí:
Magna cohors iugí hunc ſedulitate colít.
Illíus obſcęnís luſtrantur rítibus arę:
Nõ níſi pęſtíferos hic Grobianus amat. l. íí.

Eccle. li. i. eſdre vi. Mathei. v i. corin. xv. 28. q. i. ſepe

Ezech.ix. Ad templum mixtim currunt iuuenesq́/senesq́/
Eccles. xxix. Et pariter mulier: virgo/puella/puer:
Iob.xxvii. Thura ferunt manibus: grobiani festa colentes
Sordidulis verbis: rancidulisq́ litant.

Oui.i.meth Iam pudor ex terris abiit: petulansq́ remansit
Ps̃.xi. Spurcities: hominum qua perit vsq́ genus.
En fatuus porcum cęnosum continet aure:
Campanam manibus concutit atq́ suis.

Eccle.xx. A porco trahitur fatuę (mihi credite) nauis
Prouer.xi. Prora: per æquoreum quę comitatur iter:
Pondera ne puppis tumidis mergãtur in vndis
Turbaq́ stultorum: quam super esse sat est.

Eccs̃.v. Nam si non biberet vinum stultissima secta:
Munera iam bacchi merce minuta forent.

ii.Pe.ii. Sus tamen innumeros porcelles parturit: inde
Magna cohors hominum festa suina colit.

Ad ephe.v Obscęni mores: & turpia verba: colendos
Ps̃.xl. Effitiunt homines: nil pudor ipse valet.
Turpibus ecce viris primi nunc dantur honores:

Hiere.ii Gl̃oria prima datur fœdilo quisq́ viris:
Esai.xli Iam porcus viridem gestans in fronte coronam
Admittit fatuos ad sua iura viros.

Ad collo.iii Quidam sunt adeo obscęni/turpesq́ relatu:
Ad Titū.i. In quorum saliunt verba pudenda genis:

Horestes Insanus quales si nunc spectaret Horestes
Prouer.xii. Eheu clamaret: q̃ furiosa cohors.

Eccl.xxxi. Illos delectant crapulę: tucetaq́ crassa:
Atq́ cadus vini. verbaq́ mixta iocis.

Eccle. xxxii. O grobiane tuas fatuus quicunq́ per aras
Esaie.lxvi Sacrificat: fatua hunc morte perire decet.

De ſtatus ſpiritualis abuſu.
En ſtatū multi/modo ſpiritalem
Appetunt: primis iuuenes ab annis
Pęnitet tandem fatuos: relicto
Viuere mūdo.

Quid Romę faciā: mentiri ne ſcio: muloſ Qui vel equos ſtrigilant: pinguia quęq; ferunt.

Reſtat adhuc aliquid: quod nr̄o carmīe dignū eſt:
Quodq; locū in fatua puppe tenere ſolet.
Omnis homo pueros ſacris mō deuouet aris:
Viſq; ſacerdotem ruſtice habere tuū: l.iii.

viii.q.i.īſcripturis.&.c. Moyſes.

xviii.q.nos. aũt glo.i xxi.di. cleros

Non hoc propoſito: ſupremi vt ſacra tonantis
Rite colat: placeat aut ſua vita deo:
Verum vt ſepoſito vitam ſudore quietam
Ductitet: illecebris inuigiletq; malis:

xxiii.di.his igitur

Nil animę curat fatuus mentiſq; ſalutem:
Sola placent rerum ſordida lucra ſibi.

xii.q.i.quia

Nil doctrina iuuat: funeſta pecunia princeps
Sacra dei inuertit/ſacrificoſq; lares.
Ordo ſacerdotum fatuo turbatur ab omni:
Labitur & paſſim religionis honos.

Numa pom.

Non Numa preſbyteros tales in templa ſacrauit
Priſca: ſed in cunctis integra vita fuit.

xxxvi.di. oportet

Pontificis culpa eſt: diuinos vendere honores
Iam ſtultis ſolitum eſt/pęſtiferiſq; viris:

xcv.di.ecce xcvi. di. quis dubitet

Quis furor o miſeri ad vos miſtica ſacra ꝓphanos
Compellit? procul hinc tollite quęſo manus.

xliii.di. ꝓto.

Non ſtatus in terris nunc eſt damnoſior illo:
O quali ſuperos relligione colunt?

Monachi

Quid fratres memoro ſubductis colla cucullis
Geſtantes? miſere o nunc ſacer ordo vales:

Auguſtinus. vii.q.i.nō aũt

Auguſtinus enim dederat confratribns olim
Viuendi ſalubres cum pietate modos:
Hos monachi obſeruant laſciui/more ſiniſtro:
Auguſtine parum iam tua ſcripta valent.

Moyſes deutro.xviii. xxi.q.iii.hi qui &c. ſacer dotum

Non quales ſtatuit primęuo tempore Moſſes
Preſbyteros: tales ſęcula noſtra fouent.

Prouerb.xxi. ii.pe.iii. glo.ii.q.vii non omnis xl.di.c.fi.

Indocti (fateor) nunc pinguia vota ſequuntur:
Eccleſiamq; ſacram ſordida turba regit.
Poſt ſua fata tamen: quid ſit rexiſſe videbunt
Eccleſias: mores nec coluiſſe bonos.

De inani faſtu & iactatione.

Mendaces fatuoſ: de quorum pectore nugas
Bullatas capimus: noſtra hos vehet illa carina:
Geſtarum rerum/falſo preconia fingunt:
Militiam hic iactat: doctrinam iuris & alter:

Multi nūc ſunt heu doctores: Militeſq; puerſores legis & iuſtitię.

Feruida iam dygito compeſcere labra volebam:
Et finem numeris ponere forte meis.
Turba tamen ſtolidis frontē redimita corymbis:
Percita ſtultigero geſta furore refert. l.iiii.

xii.q.ii.gloria epi in fi.
xxi.q.iiii.oīs puer. xxviii.

Alter enim miles geſtat calcaria ahena:
Alter & in manibus romula iura gerit:
Milites tulli⁹ hoſtili⁹. Miles ab antiqua ſe nobilitate ſuperbum
Iactat: & a Tullo tempora rege notat:
prēs cōſcripti Aut genus a claris patribus quos Romulus olim
Legerat: atq; alios enumerare ſolet.
Pſ̃.lxi. Prouer.28 Forte tamen patres habuit/qui fœnore iniquo:
Fraudibus aut aliis ſtemmata parta gerunt.
Iuuenalis. Seneca Plures ſe faciunt ex nobilitate ſuperbos:
Quam virtute ſua non meruere tamen.
i.Corin.iiii. de.pbē.venerabilis Nobilitas virtute bona: meritiſq; beatis
Conſtat: diuitię ſtemmata nulla parant.
Bar.in.l.i. C. de icolis. li.x Candorem tituli: qua nam virtute mereris?
Aut quid geſſiſti: quod tibi ſtemma dedit?
En ais: externis martem diduximus oris:
Cognita ſunt variis gentibus acta mea:
Me Solymę videre ſacrę/Memphitica tellus:
Gallia bellipotens: marticolęq; Getę:
Atq; alias bello regiones fortis in armis
Luſtraui: merita nobilitate feror.
Doctores Doctoris quidam titulum nomenq; tenere
xlix.diſ.ſacerdotes. & glo.ī l.i. C. de athle.li.x. Gliſcunt; ſe iactant: & didicere nihil.
De rebus fatuis vaniſſima verba loquuntur:
Eſſeq; prudentes/doctiloquiq; volunt.
Nil ſapiunt penitus: tantum de cortice libri
Sumpſerunt tituli nomina vana ſui.
Cum manibus ductant fatuum: prędonia iactant
Quę nunq̄ meritis ſed peperere ſuis.
Prouer.xxvi. Sed quid multa loquar: fatuis innata ſuperbis
Hęc mala: quod non ſunt: protinus eſſe volūt.

De lusoribus.

Multos ludorum fatuos damnosa voluptas
Sollicitat: tantumq; iuuat:
Nil aliud curant: nec delectatio maior:
Iacturam neq; pensiculant.

Pone merũ & talos pereãt qui crastia curant.
Morsaurẽ vellens: víuite ait/venio.

En iterum nostris offert se turba camœnis
Sordida: ludorum concomitata iocos.
Initio/furiis ego sum tribus addita quarta
Ludus ait: fatuos hic numerabo meos.

in autẽ. de sãc epi. interdicimus.
Bal. in. l. i. C. de epi. ob tur. can.
Virg. de ludo

l. fi. ff de alea. Quidam ſunt adeo íncenſí certamíne ludí:
Et ludos tanta ſedulítate colunt:
glo. in. c. pe. de vi. & ho. cle. Voluere taxíllos reputant ſibi gaudía ſumma:
Tres bene currentes/gaudía ſola parant:
xxxv. diſ. c. i. glo. i. Noctes atq; díes ludí certamina verſant.
Alea diſcurrit. ſordída lucra petít.
Hunc ſenío dítat: damnoſa canícula mordet
Illum: ſed Venus hunc radít íníqua cíto.
Iuuenalis. Ludus agít bílem: mentís ſecreta relaxat:
Infícit íngenium: ſenſíbus atq; nocet:
de ex. pla. iter dilectos vbi glo. & doc. do. Car. in cle. ii. de vi. & ho. cl. Efficít íratos homínes: prȩcordía frangít:
Alea ſollícítos efficít vſq; víros.
Nil curant alíud luſores: tota voluptas
Sortíbus ínfíxa eſt: írrequíeta quídem:
Per noctem vígílant: latrant/íurantq; frequenter:
Nulla fames illos: nec ſítís vlla mouet.
Leuitici. 24. Sȩpe furore grauí díffamant vulnera chríſtí:
Torquent ad ſuperos verba nefanda deos:
Ad Ro. ii. de cle. male. c. i. & ii Tanꝫ pȩſtíferos luſores/condítor orbis
Curet: & ad ſtultí turpia verba fleat.
de iudi. c. ii. li. vi. Spurcídius tamen hoc: q; fœmína ludít/íníquis
Intermixta víris: & tabulȩ vſq; vacat.
Nobílís: & clerus/ciuís/íuueníſq;/ſenexq;:
Cum tenuí vulgo ludere ſȩpe ſolent.
no. in c. clerici de vi. & ho. cl Quem decet vt modícū ludat: ſíbí cōgrua ſumat
Tempora/perſonas elígat atq; pares.
Omnipotens cunctos luſores odít íníquos:
hoſt. in ſum. de ex. pla.. qualiter Et ludos vetuít regula ſacra patrum.
Nam mala proueníunt ex ludo crímína multa:
Ludus opes mínuit: & bona cuncta terít.

De ſuppreſſis fatuis.

Eſt (ſcio) turba meo fatuorum picta libello
Magna: ſub inſculptis atq; locata notis:
In tergum illorum capitoſus ſaltat aſellus
Depreſſos monſtrãs / ſtultigeroſq; viros.

Multímodos fatuoſ preſens cõ torquet aſellus.

Tranſtra per & remos collecta eſt tanta caterua:
Et numerum tantum noſtra carina vehit:
Vt prope ſtultorum ſine me diſcederet ingens
Copia: ſed monuit noſter aſellus herum

Prouer. i
Eccleſi. 33.

Nauiculam merito ſtultis conſcendo paratam:
Sum quia quem torquent omnia facta nimis.
Exiguus pro me locus in rate: & angulus arctis
Sufficit inq; foris: me mora nulla tenet:
Ne me continuo calcat ve/premat vel aſellus:
Quem piger intergo cogor habere meo:
Sapien.ii. Si ſaltem patiens ad mandata illius eſſem:
Ad Hebr.xii Libera ſperarem membra abitura cito.
ii.q.i.multi. At beat hoc vnum: ſocios comiteſq; tenemus
Plures: qui viuunt conditione pari:
puer.i. Hi ſunt: prudentum nunq̃ conſulta ſequuntur,
Qui bona: nec capiunt conſiliumq; ferax:
Prouer.xxvii Hi ſunt: quos ire ſtimulus per crimina iactat:
Ob cauſam nullam: ſed ratione carent.
Prouer.xvi. Hi ſunt qui lites mercantur: quiq; dolore
Eccleſi. xlviii Inuidię marcent: cauſa doloris abeſt.
puer.xiii. Hi ſunt: audaces/qui natos quoſq;/proteruos
Dum virgis parcunt verberibuſq;: parant.
Prouer.xxvii Hi ſunt: vicinis qui ſęuos: quiq; moleſtos
Eccleſi. xxxi. Se prębent: vel quos pocula magna iuuant.
Prętera in pedibus quos torquet calceus arctus:
Eccleſi.viii. Quem tolerant: hi ſunt quis bona nulla placẽt:
Eccs̃.ii. Sunt & lurcones/ſua qui patrimonia perdunt:
Qui plus conſumunt: q̃ ſua aratra ferunt
ff.de adul.ma riti.&.l.ii. Hi ſunt: lenones proprias q; ad crimina męchis
Vxores ſtolidi: ſacrilegiq; locant.
de pe. diſ. iii. quia dimiſſa. &.c.nihil.& c.in ſalicibus Stultus & hic pariter ſua qui peccata recenſet:
Et pœnas: vitam ſed gerit vſq; malam.
Hi ſatis a duro fatui calcantur aſello:
Sed tamen hac iuncti naue: p̃ ęquor eunt.

De militibus & ſcribis.

Dum captant equites hominem: ſcribęq; maligni
Villanum: & qui ſit ſimplicitate rudis:
Si ſaltem nūmos habeat: ſpoliat̃ ab illis:
Cogitur vt ſoluat ruſticus ille minis.

Ve vobis ſcribę: qui cōmeditis domos viduarū. ve vobis viri impii.

Ad naues noſtras/equites/ſcribaſq; citamus:
Ad fatuam ſectam dant monumenta mihi:
Auriculas aſini geſtant: tituloſq; merentur
Quos dabimus: dignis pro meritiſq; ſuis

Math. xxiii. Eccleſi. xli.

Accelerate precor: quoniam mea nauis abibit:
Quę vos ad remos/ transtraq; longa vocat.
Est labor æqualis: studium simile: atq; facultas
Ezechi. xxii. Par: q̃ scriba gerit: q̃ malesidus eques.
Esaie. x
Iob. xxx. Hic rapit insidiis: spoliat clam prędo per agros:
Publicitus scribę decipiunt homines.
Sub madidis pluuiis eques/ & sub frigore duro:
Corporis exponit fortia membra sui.
Hic animam calamo infuscat: perditq; salutem:
Marh. v.
Iob. xxvii. Auri & nūmorum est his quia magna fames.
Prouer. xi. Accēdit prędo villas: flāmisq; perurit
Mich. ii. Culmina: quęrit opes: exuuiasq; petit:
Ps. ix. Rusticus a scriba simplex seducitur: atq;
Cogitur in pennas soluere cuncta suas.
Luce. xxi. Quęrit opes quiuis: preciū quoq; captat iniquū:
Amos iii. Est spoliatorum turba maligna nimis:
Eccles. x. Offitium si quisq; suum moderamine iusto
Rite ministraret: laus sibi magna foret:
Hic eques vt gladiis inopes defenderet: atq;
Iacobi iiii.
ii. thimo. ii. Cum viduis pueros. emeritosq; senes:
Quo duce tuta foret semper respublica: quo ve
Latrones fugerent per fera lustra procul.
Hic calamo iustas leges conscriberet: atq;
Esaie. iii.
Math. xiii Iustitię normam panderet arte sua.
Sed modo pupillos inopes/ viduasq; relictas
Math. xxiii.
Zach. vii. Ille armis: calamo hic: nunc spoliare solent.
Malach. iii. Non dolus in terris maior: fraus turpior vsq̃:
Ex scribis q̃ q; tot mala proueniuut.
Ast equites faciunt: q; semita nulla viarum
Luce iii. Tuta est: impune crimina tanta volant.

De stulta nuntiorum legatione.

Cursor ego velox longis de partibus orbis
Aduenio: nec vas potui euacuare bibendo
Donec has fatuis sulcantib⁹ ęquora passim:
Pręberem chartas: nauita siste ratem.



Nuncie sis verax taci t⁹/celer atꝫ fidelis.

Proposui fateor nullos vehere in rate nostra
Cursores: agitur res quia nostra mari.
Nauis in vndosa rapitur volat atqꝫ carybdi:
Nec reuocare potest nuncius vllus eam:

Qualis debe at esse nūcius poit. spe. in ti. de execu. puerbi. xxvi.

Ezech. xxx. At tamen ex iſtis: quidam ſibi tradere partem
In rate: pro fatuis nuncius eſſe cupit.
puer. xiii. Qui chartas ſcriptas/cęra impreſſaſq; ſigillo
Portet in ore ſuo: geſtet & in manibus:
Ne fiant madide: capiant neue altera damna:
Ambulet & tutam nuncius vſq; viam.
Quidam curſores: pluſq̃ cõmittitur ipſis:
Expediunt: nugas concipiuntq; meras.
Prouer. xxvi Sępius ex magna tamen ebrietate morantur:
Offitium tardant: expediuntq; nihil:
Atq; vias calcant infidi tempore multo
Otia longa terunt: effitiuntq; moras.
puer. xxiiii. Caupones omnes luſtrant: omneſq; tabernas:
Vt capiant dulci vaſcula plęna mero.
Ter legit atq; quater chartas: manibuſq; reuoluit
Noſſe volens: quid nam littera miſſa canat.
Prouer. xxv. iuſi. Non alia ratione tamen ſic ſcire laborat
Scripta: niſi vt valeat dicere multa noua.
Negligit interdum: nec ſcit cõmiſſa referre:
Et ſine reſponſo perfidus inde redit.
Prouer. xxvi Sapien. v. Tempore ceu meſſis recreat nix corpora noſtra:
Et ſicut requies quęq; cupita iuuat:
Sic recreat dominum per quem legatus abiuit
Nuncius: & carthę credita iuſſa refert.
Hi ſunt: quos volui: ſtulti qui nuncia verba
Tranſuectant: currunt nec ſine vaſe meri.
Iecur habent calidum: calor hic innaſcitur ipſis.
Ob curſus volucres: nugiloquaſq; genas.
Prouer. xx. Hiere. ii. Eccleſ. xxxiii Nuncius hic dignus pretio/tituliſq; decoris:
Expedit impoſitę qui cito iuſſa rei.

De cellariis & cocis.

En venit aucta cohors promorũ iamq; coquorũ
Cõmisseq; domus cetera turba venit
Ad nauẽ ꝓperant. & forti robore sulcant:
Adiuta his citius carbasa nostra volant.

In cella at q;. penu: gẽs hec fu rit. inq; cu lina. Et melio= ra bibens/ pinguia q̃= q; vorat.

Est damnosa nimis dominis hec turba penatũ
Cuius iam crapulas: luxuriemq; vides:
Est natura coquis/ & promis semper iniqua:
Quos domini nulla sollicitudo manet. m. i.

Ezech. xxiiii.

Prouerb.xxi. et xxiiii. Inq; vicem iactant: quoniam nos sola voluptas
Potus iucundi confouet atq; cibi:
Esaie.lxv Edendum est igitur nobis/semperq; bibendum:
Nos cibus/& pascunt vina aliena quidem.
Prouer.xix Inuenies raros custodes esse fideles/
Math. xxiiii Aut seruos dominis: perfida turba laris:
Sopito domino reserat cellarius vrnas:
Atq; aperit sapidi vasa vetusta meri.
Eccles. xxxi. Oenophorum vino complet: vacuatq; lageñas
Bacchi: quas seruat ad sua gaudia herus.
puer.xii. Contenti non sunt: proprio consumere luxu:
Credita quę manibus sunt bona cuncta penus.
Adducunt alios ganeones atq; bibones:
Quorum opera possint euacuare cados.
Luce.xvi Nulla fides illis: iacturę damna futurę
Treno.v. Hi nihil aduertunt: decipiunt sed herum.
Prouer.xxix In lecto recubans/censu pereunte/patronus
Nil sentit: seruos credit habere bonos.
Sed cum forte iubet sibi dulcem afferre lyęum:
Bombo vasa sonant euacuata graui.
Eccle. xxxii Est dolus in promis: est & versutia fallax:
Luce.xii. Infidi dominum decipiuntq; suum.
Quid coquus īmundus facit: & q̃ fraude patronū
Decipit? en audi: sordida gesta cano:
Adephe.vi. Ista caterua quidem nulla pietate mouetur:
Edunt: consumunt/& bona cuncta vorant.
Emptaq; fumosam veniunt quęcunq; culinam:
Inmundus gustat fercula prima coquus.
Inde fame si quis coquus aut cellarius vnq̃
Deperit: at crapula dicitur vsq; mori.

De rusticorum arrogantia.

Villanę siquidem supereſt dementia sectę
Quę cupit in fatua ducere vela rate:
Ergo mihi parcat villana superbia: quam nunc
Pungimus in teneris versibus/atq; notis.

Nihil īpudentiꝰ arrogãtia rusticoꝝ: Sorte tua contentus abi.

Simplicitate rudis quondam natura colonum
Extitit: atq; humilis conditione fuit:
Si numerum ætatis poscas: non sęcula longa
Fluxerunt: in quis simplicitas nituit;

xlvi.dis.i pri. l.nup.C.de mā.& col.pa. glo.in.l. suis vr.ff.dele.iii

Ouidi.i.faſt. & .i.metha. Iuſtitię ſolium turritas liquerat vrbes:
Virtus: ruſticitas/cum probitate fides:
Migrauere ſimul quondam ad triuialia tecta:
Iuuenalis. Adq; caſas humiles: ſtramineoſq; lares:
Non dolus in villis; non fraus in rure fuerunt:
Hos penes aſtreę ſacra cathedra fuit.
Eccleſi. vii. Ardor auaritię nullus: non fœnore lucrum
Mutabat mentis ruſtica turba rudis:
Auri nulla fames: non faſtus corporis: at nec
Ornatus: quales ciuica turba gerit.
Hiere. xiii. Sed modo cœperunt habitus geſtare ſuperbos
Villani: quoniam priſtina vita ruit.
Crines in nodum tortos/ criſpoſq; capillos:
Et calamiſtratos ruſtica turba gerit.
Veſtes partitas ſcutulis/ varioq; colore
Geſtant: quas cingit fimbria picta quidem.
In manicis ſculptas externo more figuras
Et tunicas portant cum breuitate bonas.
Sapi. xvii. Diſcit ab agricolis gens vrbica/ fraudibus vti
Atq; dolos multos: & noua cuncta mala.
Iob. xxiiii. Sola tenet nūmos gens ruſtica: ſolaq; saccū
Eſaie. v. Ingenti ęre replet: diuitiiſq; ſtudet.
Proh pudor vnde venit: tam morbida vita colōis
Hiere. li. Vnde ſitis rudibus/ improbitaſq; viris?
Villanus diues: mox fit mercator auarus:
prouer. xxiiii Mercatorq; ſtudet nobilitate frui:
Iuuenalis Tempore ſic noſtro villani: nomina clara
Nobilitatis habent: ſimplicitate carent.
Quęrere ꝑh pudor eſt nimis alta & inania ſemper:
Eccle. iii. Stare nec in ꝓprio/ nec remanere ſtatu.

De paupertatis contemptu.

Paupertas fugitur/totoq; arceſſitur orbe
Vndiq; nūme places: pauper vbiq; iacet.
Ridetur ſolus pauper: ſoluſq; fugatur:
Cędit inops cunctis: nūmus in arce ſedet.

Paupertas non eſt de genere malorum. Et munera nondū: intellecta deum.

Nummoſos plures fatuos vehit illa carina:
Sola quibus rerum copia vana placet:
Quos magis oblectat cupidi poſſeſſio nummi:
Qz̄ morum ꝓbitas/egregiū ve decus. m.iii.

xlvii.di. ſicut priuilegia pa. vi.in.l.ſi quis ad.C.de epiſ. & cle.arch.xi q.iii. paup.

Sapien.v. Paupertatis onus omnes iam ferre recusant:
Virg.iii.ęne Auri sacra fames pectora cuncta quatit.
Iuuenalis Haud facile emergunt quorũ virtutibus obstat
Res angusta domi: pauperieſq; grauis.
Sapi.ii. Amplius haud titulos: claroſve merent honores
Eccleſi.ix Qui ſophię cultus & monumenta colunt.
Prouer.xxiii Iamq; viri iusti postrema sede locantur:
Eccleſi. x. Diuitibus solis munera prima patent.
Ouidi.i.fast Nam quia collectus tribuit modo cẽsus honores:
Census amicitias: pauper vbiq; iacet:
Iuuenalis. At qui diuitias ingentes tentat habere:
Eccs̃.v. Curat opes grauidas & cumulare sibi:
Mich.vi. Hoc modo constituat vitam: sit spretor honoris:
Et fidei seruet pignora nulla sacrę:
Eccle.xxv Per superos iuret: fallatia vota per aras
37.dis. nonne Iactitet: emineat nullus in ore pudor:
Eccs̃.iiii. Nil scelus atq; nefas: nihil & peccata peracta
xlvii.di.sicut. Estimet: & cęcus ad mala cuncta ruat:
Eccleſi.xiii. Exercet rapidam vsuram: dygitoq; tenaci
Amos.v. A miseris capiat fœnora dira viris:
Esaie.x. Delatoris agat fraudes: voceſq; dolosas:
Auribus instillet sęua venena bonis.
Iob.v. Infectus vitiis istis nunc voluitur orbis
Totus/& ad nũmos sędula turba ruit.
Prouerbi. xi. Vendit omne nephas nũc p quadrante minuto:
Venditur & virtus/iustitięq; rigor.
xi.q.iii.paup Plures ex merito mortemq; & fata subirent
xxiiii.q.iiii. Ob scelera: & vitę crimina magna suę:
ne amisso
Apo.xviii. Ob furtum plures furcaſq; crucemq; subirent:
Ni sacer hos nũmus a laqueo eriperet.

Impunita manent nunc crímina multa vírorum. Eccl̃s.x.
Nũmus ab exítio líberat atq; nece.
Furíbus ígnoſcit magnís cenſura: columbas Iuuenalis
Vexat: & ad laqueum guttura parua lígat.
Contentus regno quondam nõ perfídus Achab Achab.
Cogítat atq; ínopes exſpolíare víros: iii.Reg.xxi.
Ortus erat Naboth/patría quem lege colebat Eccl̃s.v
Vír bonus & frugí: gratus & ípſe deo:
Ortum hunc rex díues a paupere habere petebat
Hunc ſíbí: ſed Naboth cum ratíone negat.
Propterea míſere ſaxís trucídatus: & enſe
Corruít: at tandem rex fera fata tulít.
Solus ínops premítur: ſaccos geſtare neceſſe eſt: xi.q.iii.paup
Trudítur ín ſaccum pauper vbíq; grauem.
At paupertatís (quando ętas aurea mundum Iuuenalis
Luſtrabat) laudís gloría magna fuít: Lucanus
Parcus erat víctus: frugalis víta: laborq;
Cõmunís: feruor/nullus auarítię: xv.q.ii.illa
Omnía maíores: cõmuni íure tenebãt: no. de reſcrip
Non íta díuítías legerat vllus auus. ſtatutũ li. vi.
Paupertatís amor peperít prędonía príſcis bea.tho.2.2.
Quorum perpetuo gloría parta víret: q.clxxxviii.
Paupera Roma fuít quondã: pauperq; ſenatus: ar.iii.
Atq; ínopes habuít bellica Roma duces. Prouer.xix.
Curíus ínſignís dux: paupertate decorus: xii.q.ii crateſ
Sub íuga Samnites/traxít & Auſonios. Roma
Publícolam extollũt: quí paupertate benígna: Q.Curius
Emeruít laudes/æthereumq; decus. dentatus
Fabrítíum colímus: quí Pyrrhi munera ſpreuit Publícola.
Cui ſatís exíguus cenſus & arca fuít. Fabritius]

M.regulus de q̃ tulli⁹ ĩ of. Regulus & meruit pręconia magna: decusq;.
Iugera cui exiguo parua fuere loco:

Apuleius. Paupertas tribuit nostris primordia sęclis:
Hęc vrbes statuit: sceptraq; digna dedit.
Ista magistratus stabiliuit: regnaq; mundi:
Inuenit meritis dogmata cuncta suis.

Gręcia Gręcia clara quidem cum paupertate decora
Promeruit laudem perpetuumq; decus.

Aristides Epamynũdas Iustus Aristides pauper: fuit Epamynundas
Dux equidem pauper fortis & indomitus:

Homerus Et fuit insignis vates quoq; pauper Homerus
Dum tonat heroo troica fata pede:

Socrates Socrates ætherea sophia succinctus & arte:
Diuitiis vacuus/non sine laude fuit.

Eccle. xi. In mundo nihil est tam cęlsum: tanq; superbum:
Ex riuo quod non fluxerit exiguo:

Roma Augustiuus. Paupertatis honor: Tarpeias extulit arces:
Atq; vrbi titulum principiumq; dedit:
Pauperibus Roma est quondã pastoribus orta:
Rusticus exilis nomina tanta dedit.

Ouidius Ecclesia.xviii Carthago. Diuitię molles fregerunt regna superba:
Propter opes cecidit Roma: cadetq;: potens.
Propter opes: miseras passa est Carthago ruinas.
Paupertatis honor sed sine fine micat.

Prouer.xxii. Iuuenalis Cręsus.de q̃ herodo.li.i. Quid tantum cupimus? funesta pecunia multos
Mortales damnum iussit inire graue:
Diuitię Crœso regi nocuere superbę:
Propter opes/mortis tristia fata tulit.

Prouer.xii Eccs̃.vi. Marci.x. Sit venerandus apud mortales pauperis vsus
Nam cœlum diues nullus inire potest.

Non perſeuerare in bono.

Hoc manibus multi cupidis contingere aratrum
Accelerant: cœptum ſed continuare laborem
Poſtponunt: quoniam non dum ratione politi:
Aſſidue cuculum paſcunt: nidoq; reponunt.

Nemo mittẽs manum ſuam ad aratrũ & aſpiciẽs retro: aptꝰ eſt regno dei.

Feruet opus primum dum ruſticus vrget aratrũ:
Fit labor ardenti primus vbiq; manu.
Quid velit ergo mei ſententia carminis: audi.
Vt capias alacri nunc documenta manu:

Luce. ix.
Eccleſi. 38.
de pe. diſ. ii.
multi.

Abacuc.i. ii.corin.vi. Hos vocat ex merito fatuos stultiflua nauis
Iure suo remos: velaq; celsa trahunt:
Ad hebr. iii Qui satis incipiunt bene viuere tempore primo:
Et vitam ostendunt ducere velle bonam:
Ad hebre.xii Ad sophię studium proni: documenta sequunt
Et bona: quę sternunt fœlicitatis iter:
Eccs̃.ii. Non tamen ad cliuū: montisq; cacumina scandūt
In quo supręmum cernitur vsq; bonum.
Pythagoras Virtutem posuit sapiens in vertice collis:
Qui nitidis animis monstrat ad astra viam.
Iosue.vii. Prouer. xxvi Sed facie auersa plures/oculisq; retorsis
Ascendunt: quibus hęc inferiora placent:
Exodi.xvi. Nume. xiiii. Et placet Aegyptus: in qua tenebrosa patrarant
Multa: retrocędunt: facta priora petunt.
Math. xv. Luce. xi. Qui prius insigni coluit pietate tonantem:
Mutatus/recidit ad scelus atq; nefas.
Apoca.iii. Hiere.iii. Est status illorum damnosus: nec bene tutus
Qui bona postponunt: & malefacta colunt.
Nam veluti egrotus tremulo qui pectore languet
i.q.i.ventū de pe.dis.i. quę penitet Viribus effœtus: semianimisq; iacet:
Corporis optatam poterit sperare salutem
Non: nisi doctrinam viuat ad imposítam:
xcii.dis.pluri mos.xvi.q.i. in canoibus Deserat aduersum vulnus: quod corpus egenum.
Infícit: interdum deteriusq; facit.
Eccles. xviii. Nil est q; iactas: nil est q; murmure clamas:
Te fecisse bonum: te coluisse deum.
Eccs̃.vii. Sapien.v. Math. x. Non satis est patrasse semel benefacta. sed vsq;
Ad finem vitę continuare iuuat.
Deutro.32. Eccs̃.ix. Discite quęso bonum: facite & bona: continuate
Optima quęq;: deo sic bene cœpta placent.

De neglectu mortis.

Nõ generi/aut opib⁹/ virtuti/aut moribꝰ o mors
Parcis vbiqꝫ bonis: cuncta creata rapis.
Quo magis hos stultos reor insanire profecto
Qui tua prouideãt non bene tela cito.

In hoc oẽs fallimur ꝙ mortez nõ puidem⁹: cum nihil certi⁹ mor te: nihil in certius ho ra mortis.

Fallimur o fratres: error quoqꝫ singula torquet
Viuida: quippe nimis incauti pergimus omnes
Terrorem mortis: & in exorabile fatum
Negligimus: nihil attenti/ ꝙ terminus instat:

Seneca ff. de cõ. & de l. i. Tull. de sene.

Et ſi certus: at incerto verſatilis auſo.
Iob.xviii Quo medio: ignoras/& qualiter/aut vbi/quãdo:
Tu moriere tamen: fato concędere certum eſt.
.ii.Reg.xiiii. Omnes tranſimus pariter: fluuialis vt vnda:
Ouidi.x.me. Sed quia tam varie morimur: tu cras/hodie ve:
Serius aut citius ſequit̃ vicinus. eo fit:
Prouer.x. Credula decipiat vt ſpes mortalia cuncta:
Eccs̃.ix. Hora incerta ſimul rapiat iuuenesq; ſeneſq;.
Sapien.ix
Geneſ.ii. Arra ſubeſt: contractus habet ſua iura: reſcindi
Ad Ro.v. Non poterit: peccata nec̃ fecere nephandam.
Seneca Nemo ſatis tardus: mors oĩa tempore quo vult
Eccleſi.xi. Abſumit: tibi forma licet ſit pulchra venuſta aut:
Ad Ro.vi. Sis validus: fortis/nil refert/morte peribis:
Iob.xxi
Iuuenalis Nec mora: ferali monſtro correptus: abactis
Viribus: exhalas/corpus ſudore rigeſcit
Frigidulo: mox forma nitens pallore putreſcit
Eccleſi. xvii. Corda tremunt: ſtridor dubius: titubantia verba:
Vita cadit: mors inſtat atrox: ſic ſternimur omnes
prouer. xi. O fatum crudele nimis: funeſta profecto
Eccle.xli. Hora illis lœthi: quos vana pecunia vinxit:
Virgi.vi.en. Et qui diuitiis ſoli incubuere repertis:
Delectant mũdi quos gaudia: mox ſed eundũ eſt
Horatius Pallida mors: ęquo pulſat pede regia cuncta
Iob.xv.
Eccleſi.xlviii. Veſtibula (vt flaccus reſonat) miſeraſq; tenebras:
Faſtus non curat: pompoſaq; pectora ſpernit:
Muneribus nullis placatur: florida ceſſant
Verbaq; rhetorico quę ſunt prolata boatu.
Iob.iiii. Papa facer: villanus iners: diſcrimine migrant
Eccs̃.ii.&.iii Conſimili: effugiet nec enim qui euadere tentat.
Eccleſi.xiiii. Nec quiſquis ſecurus erit: mors omnia tollit.

Cuncta rapit. si Nestoreum quis vixerit ęuum: Nestor
Siue Sybillinum: vita aut breuiore fruatur: Sybilla.
Nil refert: pereunt moribundo tramite cuncti.
Mille hyemes viuas: moriere tamen: tibi finis
Morte datur: rarus centum qui viuit in annos: l. fi. C. de sac.
At tandem inuitus morietur: sępe volensqꝫ. sanc. eccle.
Post patrem / modico viuit quoqꝫ tempore natus: Iob iii.
Morte patrem interdum prędurrit filius: vnus
Post alium vadit: donec pater atqꝫ iuuentus
Deficient: tandem flāmeqꝫ elementa repurgent. Apo. xxi.
Cur ergo ploras: malesane. & funera planctu
Defles horrisono: fatuum est turbare quietem
Sopito: vixit sua tempora: moxqꝫ sequemur: ī autē. de nup
Mortis & inferias gustabimus: ibimus omnes. deiceps col. 4
Adde qꝫ ante diem multis fuit vtile quondam Iuuęnalis
Posse mori: & vite misere finire labores.
Conscíuere sibi plures medicamine mortem:
Ast alii laqueo / aut ferro: vitamqꝫ perosi Virgi. vi. en.
Proiecere animas: multis res cōmoda mors est. Sapi. iii.
O quot captiuos e carcere liberat acri Iuuenalis
Soluuntur fato funes: tormenta: catastę.
Et qui torquendi fuerāt sine fine flagello.
Libera fortunę mors est: quę pauperis ędes Horatius
Et regum turres ęquo moderamine versat.
Et si partitur male opes fortuna nefanda: Virgi. de for.
Inqꝫ bonos sęuit: tollit vel in astra malignos:
Id tandem ęquali / mors horrida / lance rependit
Quam sibi periodum / metam / seriemqꝫ diemqꝫ Martialis
Mors statuit: seruat: firmo hāc adamāte ligatqꝫ.
Hęc precibus flexura nihil: sola illa refutat
Ecde. xxxix.

i.corin.xv. Quicquid in orbe placet: pręceptaq; nulla veret̃.
In girum versat vestigia dira: choream
Saltat & horridulam: cui nemo obsistere possit:
Ecclesi.xlviii. Eccs̃.ii.&.iii. Non Papa: aut cęsar/rex/pręsul/ciuis/egenus:
Sępe prius lassare pedes mors perfida cogit
Q̃ credas: cantumq; tubę obseruare ferocem.
Sarcophum facias q̃d prodest marmore & auro?
Horatius Qui bonus est: cœlo tegitur/si non habet vrnam.
Arthemisia de qua hiero. vii.a.g.li.x. Acta errore quidem/vano Arthemisia struxit
Mauseolum. septena inter spectacula mundi
Quod prisci annumerant: auro gemmisq; relucẽs.
Chemnis. de q̃ diodo,li.ii. Extulit hinc Chemnis stupidam per sęcula cuncta
Pyramidem: qualem nec sol/neq; tellus obiuit.
Millia tercentena hominum: per lustra quaterna:
(Vt diodorus ait) molem hãc vix cõdere possũt.
Quid: ꝙ opes pene exhausit Memphitica tellus
Quo plebem artificum solis radicibus: atq;
Exiguis herbis aleret? quis cętera narret
Fercula? vix aliquis sit vel ditissimus ipse
Princeps ex nostris (nisi fallar) solueret illa.
Rhodopis de q̃ herodo.li. ii Pyramidẽ Rhodopis struxit: diues quoq; Amasis
Amasis.herodo.li.ii. Quid tamẽ hoc? frustra est orbem diducere totũ.
Eccs̃.viii. Est res vana quidẽ/ quam vix hęc nostra carina
Math. xxiii. Concipit: impensas tot frustra inferre sepulchris
Luce.xi. Et cineri atq; luto tantam ędificare speluncam.
Esaie.xxii Eccs̃.vii. Interea vna salus animę: contemnitur: atq;
Negligitur: q̃uis viuat per sęcula mille.
xiii.q.ii. vbicunq;. Terra deo benedicta omnis: decorata sepulchra
Iustus habet: vel sub diuo/aut alicunde quiescat.
Seneca. Prouer.xi Ps̃.xxxiii Tempestiue igitur venturam dirige mortem:
Conciliare deo: scelerati pessima mors est.

Contemptus in deum.

Qꝫ deus ad pœnas non pronus ſęuit amaras.
Crimina ꝙꝙ hominũ ſępe impunita relinquit:
Non ideo ſtolidam prębet tibi vellere barbam:
Nec deus ignoſcit ſceleri: quin puniat olim.

Tarditatẽ ſupplicii deꝰ/ grauitate pęnę cõpenſat.

Quis tolerare queat fatuos? qui ſępe tonantem
Contemnunt verbis: & certant murmure contra:
Noctes atqꝫ dies patris mandata ſuperni
Confundunt; linguę petulantia verbaqꝫ promunt.

Iob.xv.
Pſ̃.cviii.
Eccſ̃.vii.
Exodi.xvi
Daniel.iii.

Sapien.xi. Tanq̃ de noſtri generis ſit ſemine natus:
Aequalis nobis: nec ſit metuenda poteſtas
Iuditii ſuperꝫ: nec preſens pœna nocentũ:
Perſius De Ioue quid ſentis? cuius ſic uellere barbam
Audes: & teneras aures impellere tentas.
Eccl̃s.viii. Mox deus ad pœnas cũ te non trudit amaras.
Ignouiſſe putas: quia cũ tonat: ocius Ilex
Fulmine diſcutitur rapido: q̃ tuqꝫ domuſqꝫ:
O male fidentes: vitam ſic ferre nocentem
Ad Ro.ii. Quid iuuat uſqꝫ adeo? deus eſt ſup omnia iuſtus:
Cuncta uidet: cõtundit enĩ ſua lumina nullus.
Nõne putas uitę metam durare perennem:
Vt ſint ad ueniã tibi tempora longa precanda?
Prouer.xxvii O fatue enormis noli confidere rebus
Eccleſi.xvi. Hiere.xiii. Peſtiferis: omnes horrenda morte peribunt.
Eſaie .xlvii Te peccare ſinit ſiquidem diuina poteſtas:
Temporis ad ſpaciũ/parcit quãdoqꝫ nocenti:
Valeri.li.i. Sed grauius tandem tormentũ rector olympi
Iniungit: torquetqꝫ magis delicta nocentum.
Eccle. xxxvii O male prudentes: quoꝝ ſic corda tenebris
Ad Ro.ii. Obfuſcata iacent: nequeant ut credere recte:
Et curare deũ: quo ſunt elementa creata:
Pſ̃.vii & xlvi A quo ꝓceſſit nitidus ſol: lucida phœbe:
Qui ſtatuit lucem/& noctes/& tempora cuncta:
Eccl̃s.v. In cuius manibus ſpacium dependet vtrumqꝫ:
Et vitę mortiſqꝫ gradus: deus omnia nouit.
Eccleſi.ii. Quem peccaſſe pudet: cui tędia vita probroſa
Hiere.xviii. Effícit: & curat curſum emendare priorem
Ezechi.xviii. Hic ſperet veniam facti pacemqꝫ benignam:
Mathei.iii. Luce xiii. Nam deus omnipotens lugentem exaudiet ipſum

De blaſphęmiis in chriſtum.

Proh quicunq; deo maledicis: conuitiumq;
Indignum iactas: linguę & petulantia dicta:
Dignus es vt primũ moriaris corpore: honore/
Atq; anima. Iudex qui ſinit iſta: luet.

Si q̃s blaſphęmauerit in ſpiritum nõ remittitur ei nec in hoc ſęculo/nec in futuro.

Fund e pias lachrymas: fletus/mœſtãq; q̃relam:
Et gemitus triſtes/docta thalia precor:
Non ſine luctifica poſſum deflere camœna
Crimina/q̃ temere ꝑfidus orbis habet. n.i.

Mathei. xii. xxv. diſ. q̃lis de. pe. diſ. i. pena bea. tho. 2. 2. q. xiii. ar. i.

Leui. xxiiii. Nam fruſtra fatuos culpauimus hactenus omnes
Si minus hos ſtultos concumulemus eis.
Contenti quidam non ſunt q̄ crimina mundi
Omnia pertractent: deteriora petunt:
Luce.xii Proh pudor: in chriſtum linguę temeraria dirę
Marci.iii. Tela vibrant. ſummo nil nocitura deo.
Eſaie.lii. Inuidię contra cœleſtem verba parentem
Muſſant: & laceri pectoris arma petunt.
xxii.q.i.ſi q̄s p capillū Hic capiti chriſti blaſphęmat: murmura iactat
Alter in ætherei membra ſacrata dei:
Per iecur/atq; genas/iurat rigidamq; coronam:
Per cor: perq; pedes hic maledicta vomit.
iu aūt.vt non lux.cō.na. cir ca me.col.vi. Alter teſtatur tranſfixi vulnera chriſti:
Ille crucem ſacram: polluit ille manus:
Hic ex ſpurcidico ſupplantat verba palato
Improba: ſupremum torquet vbiq; patrem.
ii. mach. xii. de pe. diſ. iii. Inmoderata nimis talis veſania: ſępe
Qua ſuperos temere lędimus atq; deum.
auctoritas.iu tex.& glo. Hoc facit inmodicus ludus: certamina vini
Hoc faciunt: quibus eſt ębrietatis honor.
Ad Ro.ii. Gloria prima datur: qui ſcit maledicere chriſto.
Qui iurat diuum/per caput atq; pedes.
Leuiti.xix Math.v Propterea mortes ſubitę: diſcrimina ſęua:
In nos: & cœli fulmina iuſta cadunt.
Nos patimur tremulis horrenda pericula mębris:
Impunita deus non ſinit eſſe mala:
xxiii.q.v. quid ergo ii.para.xxxii ii.mach.xv. ii.mach.v O pater omnipotens: veniam dato/nec tua iuſta
Vindicet ira malos qui maledicta ſerunt.
Sennacherib nam ſic periit: ſęuuſq; Nicanor:
Anthiochuſq; ferus: multi aliiq; ſimul.

De plaga & indignatione dei.

Miratur fatuus: putat & portenta subesse
Magna: q̄ interdum nos ferit ipse tonans.
Q̄z deus omnipotens punit mortalia facta
Rite fit: heu nullus extat in orbe pudor.

Pro mēsura peccati erit & plagaruz modus.
Si steterit Moyses & samuel coram me: ñ est anima mea adpopulū malū

Quid prodest stultis christi monumēta tenere?
Christicolum nomen prauus habere potest:
Aduersus summi facimus pręcepta tonantis:
Nil modo curamus q̄ statuere patres.

Prouer. xiii.
Treuo. iii. i fi.
Deutro. xxv.
Hieremi. xv.

Ecclc. xxxvii Nos christi titulum rapimus: documẽta negam⁹:
Esaie.lii. Et sequimur temere dedecus atq; nefas:
Luce. xxi. Nomen habere iuuat christi/fideiq; sacrate
Iacobi.vi. Verũ opera horremus/negligimusq; bona
Iohan.viii. Iustitiam fugimus: virtutis sacra fugamus
Dogmata: sic mundus transit/& alma fides:
Libertate vaga facimus peccata maligna:
Vix maiora quidem crimina/Thurcus agit.
Iob.xv. Heu genus humanum violatũ crimine multo:
Eccs̃.vii. Et vitiis: contra nititur esse deum.
Exodi.xv. Cum tamen omnipotens: mea si pręcepta tenetis
Deutro.xi. Ducam (ait) ad superi vos pia regna poli:
Math.vii. Sin leges positas & dogmata spernitis: atra
Iohan.xv. Vos pœna afficiam: pęste/lueq; graui.
Leuitici.26. Quo fit vt ad prauas horrenda piacula gentes
Numeri xiiii Mittat: & ardenti tela trisulca manu.
Ezechi.38. Plagas in terras varias: sęuosq; dolores
Esaie.lix Inmittit iusti dextra seuera dei.
Deutro.28.
ii.Reg.vii. Iam modo mauortis trepidantia bella videmus:
Mortibus innumeris pęstiferumq; malum:
Luce xii.
Apoca.xviii. Interdum patimur rabidos sub sole calores:
Interdum rigidi frigora dura poli:
Fulmina dira: niues/bolides/tristesq; cometas:
Cernimus: & summo fulgura missa Ioue:
Et varios mundi casus: plagasq; timendas.
Quę venit ex merito: pœna ferenda quidẽ est:
Ouidius 1 ep
Pš.v.&xliii. Sępe palęstinos deus a regione paterna
Esaię xxii. Expulit: & sedes iussit adire nouas:
Iohel.ii.
puer.xiiii. Propter peccatum: plagas sufferre coacti.
Treno.v. Crimen persequitur: sic deus omne malum.
Hiere. xxix.

De fatua permutatione.

Qui pro ſtultiſona non bene tibia:
Cõmutat vel equum: noliger hic/nihil
Lucri conſequitur: ſic ſibi & accidit
Qui pro re fragili: perpetuum fugit.

Qui videt vtilius: & ſumit deteriora: abſit ei radi⁹ lucis ſine mora: Stultis nõ ſuccurrit / ſed errantibus

Sępe ſolet fatuus plures tolerare labores:
Atq; humeris grauius ſollicitare iugum:
Quomodo tartareis animam ſubmergat in vndis
Et videat ſtygii guttura paſſa canis. n.iii.

glo.inſti.q; cũ eo qui in v. ſz erit et in autẽ.qui mo.na.eff.ſui coll.vii. l.pe.ff.de uir. & fa.ig.

Ad hebre.xi. Q̃ qui forte heremum colit/inter luſtra ferarum
Continuo effuudit vota preceſq; deo.

puer.2.&.4. Nos ſcelera impellunt plures ſubiiſſe labores
Sapien.xii. Q̃ virtus: facilis ad mala cuncta via eſt.

Eccle.2.&.32 Cernimus en quales pompoſa ſuperbia/faſtus
Eſaie.lvii. Exigat: atq; operis ſit polienda quibus:

Terentius Ornamenta petit capitis: frontiſq; coronas:
Vnguentum: veſtes/atq; monile graue.

Horati.i epiſ. Ardor auarititię per ſęua pericula multos/
Per caſus varios: exitiumq; trahit:

Sapien.xiiii. Nauigat hadriacum pelagus fluctuſq; trementes
Quem ſtudium nũmi/curaq; vana trahit.

Claudia⁹ de raptu pſerpię Non metuit fluctus: tempeſtateſq; ſonoras:
Auri ſacra fames: pectora tuta facit.

Eccleſi.v. Nec dulces ſomnos capiunt/mollemq; quietem:
In epiſt. Sap phus Funibus immitis quos cytherea trahit.

Semper habent curas luſores: ſępe dolores
Noctes atq; dies pertolerare ſolent.

Treno.iiii. Quid ganeos memorare velim: q ventre refarto
Iuuenalis In crapulis ſemper delitiiſq; iacent?

Quid referã fatuum: quem vexat cura laborq;
Coniugis: in thalamo mutua ſtupra timens?

Sapien.v. Nemo tamen propter chriſtum ſufferre labores
Promptus: ad interitum corpora noſtra ruunt:

Iuuenalis Optima raro placent: probitas laudat: & alget.
Eccs̃.x. Nempe homines cũctos/iam malefacta iuuãt.

Virtutem ſtudeat ſapiens amplectier vſq:
Crimina proueniunt peſſima ſponte ſua.

Math.vii. Ezech.vii. Qui pro cœlorum regno mercatur iniquas
Illecebras mundi: ſtultus inerſq; manet.

Honorare parentes

Hos reor insulsos fatuos: pietate parentes
Qui non precipua venerantur: quicq; iuuamen
His placidū prestare negant. qui verbera dira
Iurgiaq; his referunt: tales ratis illa recenset.

Qui maledicit patri suo et matri/ extinguet lumen eius in mediis tenebris
Qui subtrahit aliqd a patre & mre pticeps homicidę est.

Hunc etiã esse puto fatuum/stolidūq; parentem:
Largitur natis qui bona cuncta suis.
Cum quibus ipse suam posset sufferre senectã:
Morte graescentes & recreare dies. n.iiii.

ii.q.vii. plerumq;
iii.q.v.oēsq.
i.Thi.v.
Prouer.xx. et.xxviii.

Beat⁹ tho.2. 2.q.c.xxii. ar.v. puer. xxviii.
Improbus inde senem natus caruisse parentem
Sustinet: & modicum fert sibi presidium.

Ouiᵍ.i.meth. Eccles. iii. & vii.
Si nimium viuax pater est: sibi tristia fata
Exoptat natus: mortis & exitium.

Leuitici. 20. Deutro.v.
Non probitate quidem: nulla pietate mouet
Pro vita effœta: pro senioq; patris:

Deutro.33. Exodi.xx.
Stulte parens: cur tu nato bona tota dedisti?
Qui te nunc pascit impietate truci.

Malach. Math. xv.
Attamen iste diu non viuet: tempora vitę
Multa nec implebit: morte repente perit:

Mar.vii. Ad ephe.vi.
Qui patri & matri dignos non prestat honores:
Nec colit hos quorum sanguine vita data est.

Deut.xxvii. Prouer.xx.
Morte mala dignus: reuerenter ferre parentes
Qui negat: est stygium dignus adire lacum.

Absolon ii. Reg.xv.& xviii.
Absalon insignis iuuenis/formaq; decorus
Contempsit patrem: morte quoq; interiit.

Cham Gene.ix. Leui.18.
Q; Cham nudasset stultus pudibunda parentis
A patre cœlesti mox maledictus erat.

Sennacherib ii.para.32.
Sennacherib manibus natorum morte pemptus:
At regnum potuit nullus habere tamen.

Daniel.v.
Balthazar ex merito ducebat tempus & annos
Luctiferos: secuit hic qa membra patris:

Thob.iiii.
Nato sacra dabat senior documenta Thobias:
Vt matrem ingenti ferret honore suam.

iii.Reg.ii.
Propterea Salomon rex se de sede leuabat
Regali: matrem condecorare volens.

Corylaus Plutarchus
Roma Corylao lueres/ pęnasq; dedisses:
Si veritus matrem non foret ille suam.

Hiere.xxxv. Eccles. 23.
Vnde etiam Rechab natos/deus ipse probauit.
In patre q̄ fuerant: in quoq; matre pii.

De cauillatione ſacerdotũ in choro:

In choris ſacris fatuos videmus
Prauitas oris quibus impudici eſt:
Eliquant nugas. recoluntq; totum
Geſta per orbem.

Ceſſent in eccleſiis vana & multo fortius fœda & pphana colloquia. ceſſet cõfabulatiões q̃libet ꝛc.

In templis fatuos plures nnnc eſſe videmus:
Stultorum in ſacris ſtat quoq; turba choris.
Qui nugas ſpargunt varias/ & murmura linguę:
Atq; cauillantur vocibus aſſiduis:

c. decet de immu. eccl. li. vi. c. cũ decorem de vi. & ho. cle. Ieroni. ad damaſum.

Pſ. xxxviii. et. lxxii. Conſilium capiunt: quo narragonia fluctus
Peruolet Ionios: plauſtraq; lata parant.

Ad epheſ. iii. O quales ritus ſeruat nunc ſanctio quondam
Eccleſię: o leue q̃ continet illa decus!
Nil agitur totum rigido mauorte per orbem:
Accidit externis nil quoq; grande locis:
Quod non in ſacris recitetur ſedibus: adq;
Peruolet extremos vltima fama choros.
Prelia geſta quidem fors in regione Britanna:
Preliaq; a Thurco pontica geſta trucí:

Prouer. v. Illic narrantur: quoniam reuerentia nulla
Diuini cultus: nec pudor vllus adeſt.

Nota dormẽtarium Diſcurrit baculo quoq; dormentarius albo:
Et noua multa refert/per loca cuncta thorí.
Sępe matutinas/rerum nouitate relata/
Incipiunt: nugas cõmemorantq; nouas:
Hoc rumore ſolent totum conſumere tempus
Soluere quo decuit cantica ſancta deo.

glo. c. ſi de cle. nõ reſ. li. vi. Feruor auaritię multos ad limina templi
Conuocat: ob nũmos carmina rauca canunt

Pſ. xv. Tutius vſq; foret ſacros vitare penates:
Q̃ ſic ſacrilego polluere ore choros.

Neemię. xiii Extra ſtare velis potius ſacra limina templi
Eccleſi. xxi. Si placare deum garrulitate putas.

xvi. q. 7. et hoc dixim? Simplicibus prauos mores/exemplaq; praua
Preſbiteri monſtrant: ſcandala plura mouent.
Anne putas tali ritu te poſſe mererí
Preſbyter. eccleſie/& dona ſacrata deo!

Act. xii. 24. q. i. oibus & c. quare ex ſoſa. Nam precibus votiſq; piis laudare tonantem
Conuenit: hinc nugas pellite ab ęde ſacra.

Superbię oſtentatio.

Sordida laus ſemper proprio quę prodit ab ore:
Hanc ſapiens refugit:
Efficit & fatuos pompoſa ſuperbia plures
Tartara quos rapiunt:

Gladio ꝓprio eiꝰ ſuperbia amputet̃.capiat̃ laqueo oculoꝝ ſuorũ in me & ꝑcuties eum ex labiis charitatis meę.

Efficit & fatuos inſana ſuperbia multos
Quos vehit in noſtro carmine cymba leuis.
Eſt vitium ſceleris plenũ / & cunctis fugiendum:
Sordibus excędit crimina quęq; ſuis:

Iudith.ix.
Pſ̃.xc.&.123.
Prouer.vii.
Eccſ̃.vii.
Eccleſi.xi.

de pe.diſ.ii. hinc etiam Eſaie.xiiii.
Primus apud ſupos nauem hãc fabricauerat olim
Nequitię inuentor perfidięq; parens.
Qui genuit fatuos quoſdam: faſtuſq; ſuperbi
Progeniem: ponens ſe procul ante deum.

Thob.iiii.
Corda rapit quorum pompoſa ſuperbia: iactant
Qui quoq;/quod ſtudio non meruere ſuo:

Iacobi.iiii. vi.q.1.imitare
Dicit enim fatuus me docta Bononia pauit:
Artibus: & ſophię dogmata culta bibi.

xii.q.ii.gloria epi in fi.
Hinc dignus primã mereor conſcendere ſedem:
Atq; inter claros continuare locum:
Alter in argiuis ludos celebraſſe palęſtris
Se iactat: nouit vix elementa quidem.

Peregrinatio nõ facit medicum. nulla arſ loco diſcit vt ait Sene.
Si cuperes ſacrę ſuauiſſima dona Mineruę
Carpere: ſufficeret theutona terra tibi:
Paſcit & egregios iuuenes Germania pugnax:
Eloquii quorum nunc monumenta vigent.

Iohel.ii.
Hinc tumida debes non mente ſuperbior eſſe:
Vidiſti externi q; loca magna maris.

Eccleſi.x.& .xxvii.
Sed quia principium veſana ſuperbia cœpit:
Hanc fugiat ſapiens: effugiatq; bonus:

Luce.x. xxiiii.q.iii. quidã ver. luciferiani
Lucifer ætherei clarus conſeſſor olympi
Candor erat cuius mirificuſq; nitor:
Corruptus faſtu: cœli contemnere patrem
Audet: tartareas merſus iniuit aquas.

Iob.xl. Prouer.xv.& viii.
Hunc ſequitur pompoſa cohors ad tartara nigra:
Ad ſtygias vndas turba ſuperba ruit.

Pſ.xvii. Sapien.v.
Lucifer & ſocii: fatuis nunc retia ponunt:
Inflatas animas cum quibus vſq; rapit.

Prouer.xiiii. Iob.xxvi. Eccleſi.xi.
Virtutes cunctas/moreſq;/ ſuperbia ſola
Deſtruit: indecores hęc facit eſſe viros.

Fœmineũ inprimis genus ampla ſuperbia vexat — Prouerbi. xi.
Qua ſe continuo veſtit/& vſq; polit. — Eccs̃.vii.
Fœmina quã faſtus tumidus rapit aq; ſuperbus: — Eccleſi. xix.
Seducit multos: inſipidoſq; facit. — Prouer.v.
Adſit in exemplum Iudith: qua dux Holofernes. — Holofernes
Interiit: q̃uis fœmina caſta foret: — Iudith.ix.
Ieſabel vngebat faciem vultumq; fucabat: — Ieſabel.iiii.
Dum putat inſigni poſſe placere Iehu. — Regũ.ix.
Eſt mulier vitanda procax: ſapientia clamat: — Eccleſi. xiiii.
Laſciuis oculis pectora caſta necat. — xvxii.q.v. nec ſalomon
Fœmina vera humilis titulos ſectatur honoris: — Prouer. xiiii
Laudibus & fruitur fœmina caſta bonis — Eccle. xxv
Berſabee ſi non nudaſſet crura venuſta — ii.Reg.xi.
Rex dauid: facinus non ſubiiſſet atrox.
Plures ſeducit faſtus: mentiſq; ſuperbę — Eccleſi.x.
Gloria; quę fatuos iam ſine fine parat. — Iohel.ii.
At deus omnipotens mentes animoſq; ſuperbos — Nume. xv.
Faſtidit: pœna perſequiturq; graui. — Thob iiii.
Fœlix cui nondum veſani gloria mundi
Imperat: aut qui non ambitione cadit.
Cogitat æterni quę ſit poſſeſſio regni:
Angelici lapſum cogitat atq; chori.
Rebus in externis nil ſordida nomina quęrit:
Contentus paucis: & moderata colit.
Luciferi caſum fatui experiuntur inertes.
Pręcipitant ſtygiis corda ſuperba vadis. — Iob xli. Eſaie.xiiii.
Dum ſibi/dũq; ſuis: choreq; Dathanq; Abyronq; — Numeri xvi.
Offitium vſurpant: ferreq; thura parant: — Pſ̃.cv.
Scandere dum fecit: veſana ſuperbia ſtultos:
Deglutiit viuos terra recluſa viros.

De vſurariis & fœneratoribus.

Quos vſura vorax rapit/ & malus ardor habendi:
Ad naues fatuas properent/ſtrictoſq; rudentes.
Hi ſunt qui ſpoliant inopes: hi fœnora iactant:
Vendũt: rurſus emũt/rapiunt/ſed merce doloſa.

Exigua dabit & multa impperabit hodie fęnorat̃ qs & cras repetit: et odibilis ẽ hõ huiuſmodi:

Prouer.xx. Luce.vi. Inno.iu.c.i. de vſu.Bal.in aũt.ad hec. C e.ti. xiiii.q. iiii. p totum

Peior adhuc ſupereſt: fatuorum & turba ꝓbroſa.
Quam cupiunt ſatyri dilaniare canes.
Eſt nimium mendax: eſt ſordida/turpis/auara:
Fit nullis opibus hęc ſatura innumeris.

Pęstiferam hanc turbam iuris torquere potestas
Debet: & ad meritum perdere supplicium.
Digna quidem flagris: rapidissima turba peculi
Nudare exutos impietate studet.
Atq; auidis nūmis cumulat frumenta: merum q;
Frugibus aggestis horrea plena facit.
In cella atq; penu spumantia vasa phalerni
Continet: & cererem/& grana vetusta nimis.
Sola tenet frugum/vini quoq; pessima turba:
Ciuibus innumeris quod satis vsq; foret.
Nil metuit superos: nil fulmina dira tonantis:
Per scelus atq; nefas sordida lucra parat.
Parturit illa famem fœdissima turba sitimq;:
Et plures inopes impietate necat.
Iustior & melior nunc est recutita caterua:
Vsuram q̃uis exigat illa grauem:
At magis est fœnus tale intolerabile: quod nunc
Nostrates rapiunt: christicolumq; genus:
Pellitur a nostris iudęus finibus exul:
Sunt quia christigenis fœnora nota viris.
O q̃ dura nimis nudos exactio vexat
Nunc homines: inopis perforat hasta latus.
Quos trahit vsurę questus: lucrumq; dolosum
Ardor auaritię quos trahit atq; sitis:
Non fęcunda petunt telluris semina: vites
Exoptant steriles: vt fluat inde fames.
His quia frumenti: rerum est & copia cornu:
Mox rident: si fors culmina grando ferit.
Sunt spurci penitus: q turpia lucra requirunt
Alterius damno: diuitiasq; legunt.

c.i.de emp. & ven.

Eccles. xlii.
Esaie. xxxiii

Ezech.xiii.
Abacuc.ii.

xiiii.q.iiii.ca nonū.& c.se. & .c.pe.

Math.xxiii.
Leui.xxv.

Deutro.xxiii
Exodi xxii.
Neemie.v

Lucę.xix
Ps̃.lxxi.

Eccles. xxvii

xiiii.q.iiii. nec hoc & .c. se.& .c.qui cunq;.

De vana ſpe futurę ſucceſſionis.

Rebus in externis eſt qui ſucceſſor haberi
Sperat: & alterius de funere gaudet acerbo.
At ſępe ante illum mortem pręguſtat: & is quem
Ad tumulum deferre putat ſepelitur ab illo.

In mortez alteri⁹ ſpē tu tibi po= nere noli.

de cōceſ. pbē. c.ii. & c.ne ca ptande. eo.ti. li.vi. l.ſtipulatio ff.de ver.ob. l.quidā.ff.de dona.

Quis fatuos tolerare/queat quos ardor habendi
Protinus inſanos: inſipidoſq; facit?
Qui cupit alterius rerum ſucceſſor haberi
Et bona nanciſci/qui cupit alterius:

Expectet fatum: quod dissolutio vitę est: Eccles.xxxi.
Successor fieri qui cupit alterius
Sed quia mors hoim manibus non ponitur vllis Trenorū.v.
Cernimus hos fatuos sępius ante mori. Esaie.xxx.
Alterius mortem sperantibus: accidit inq̄ i.Thimo.6.
Sępe prius mortem vt pręcipitanter agant: puer.xx.
Nonne furor stolidus: mortem sperare propinqui Eccles.xliiii.
Vilibus in rebus hęres vt esse queas?
Spes tua vana nimis: quoniam tua funera nescis Hieremi.xii.
Te sequitur pedibus mors properata citis. Sapien.iii.
Narragonum in patriam te pręceps ducet asellus: Eccles.vi.
Quęm trahis: vt fatuos possis vbiq; sequi:
Spes est quę nutrit: spes est quę pascit iniquos:
Spes reficit dominum fallit & ipsa suum.
Quamuis possideas robustę membra iuuentę Eccles.38.
Viuida: sis fortis / sit tibi sana cutis: Prouer.x.
Attamen expectat te formidabile lętum: Osee.ix.
Morte cadunt iuuenes / decrepitiq; senes. Prouer.xii.
Sępe pater nati męsti stissima funera luget:
Ergo spem fatuam crassaq; vota capis.
Rex Priamus natos fortes occumbere vidit Priamꝰ de q̄.
Quos tamen optabat tunc super esse sibi: Iuuenalis
Absalon egregii dum sperat sceptra parentis: Absalon
Non dum maturus funera męsta dabat. ii.Reg.xviii.
Hęredem quandoq; facit: mors pallida: quē non Hiere.viii.
Sperabas: fatuos fata futura latent: Nume.xxv.
Non super humanis rebus / spem ponite vestram: Pš.xxxvi.
Sperandum est soli viuere posse deo. Eccles.iiii.
Spes ea stulta nimis / semper sperare caduca: Prouer.28.
Et non quo tandem sistere fine velis Eccles.x.& xix.
Pš.liiii.

Non obſeruare dies feſtos.

Qui diem feſtum meritis decoris
Non colit: tractans auidos labores
Simeę currum / fatuamqȝ rhedam
Scandere debet.

Memento vt diē ſabbatiſanctifices: ſeptimo enī die eſt ſabbatum domini dei.

Exodi. xx. & xxxi. Leui. xxvi. Iohan. xvii. Deutro. v.

Proh pudor in cęcis nūc gens humana tenebris
Ambulat: & ſani nil modo cordis habent.
Eſt data chriſticolis ſupremi gratia regis:
Vt noſcant fidei per documenta deum.

Electiq; deo sint: ad sua regna vocat.
Qui tamen illius dogmata nulla colunt.
Sancta fides cultu nunc flaccida facta pudendo.
Vix specimen priscum continet atq; decus:
Pontifices sancti ferias statuere solemnes
Festaq; sanctorum / sacrificosq; dies:
In quibus æterni resonarent cantica patris
In quibus angelicus concineretq; chorus:
Sed quia curamus plus vani ludicra mundi:
Et plus sordidulí corporis illecebras:
Negligimus fidei specimen: rituq; decoros:
Curamus legum mistica sacra nihil:
In sacris agimus conuiuia crassa diebus
Continuis crapulis cœlica festa madent.
Ocia cum dantur: ferię & mortalibus illi
Non prece / nec templis: ębrietate litant.
Antea q̃ festis reseratur porta diebus
Ecclesię: populis vncta taberna sonat
Ille bibit stomacho ieiuno. deuorat alter:
Antea q̃ templi limina sacra videt.
Quę non concessis volumus tractare diebus
In vetito cupimus continuare die.
Dum serit in templo fidei prȩcepta sacerdos:
Assum atq; elixum / vinaq; larga glutis.
Non nisi thuriferas concędis potus ad aras
Orando ructas: euomis atq; preces:
Stulte labor manuum sacris cessare diebus
Debet: at imposítis disce vacare bonis.
Sabbata sanctifices: cecinit tibi pagina christi
Sepositis rebus: hęc sacra sola cole:

Hiere.xvii.
de fer.c.i.&
vl. Ce.ti.l.
oẽs.de con.di
iiii.c.i.

xxxiiii.q.i.
odi.de cõ.dis.
i.in die.

xxiiii.dis.cũ
liceat
xxiii.dis.his
igitur.
xliii.dis.nõ
oportet
Seneca ad lu
cil.in epistola
xviii. c.placi
ta.xiiii.q.iiii

De cõ.dis.iii.
irreligiosa.

i.Thessa.v.
Act.ii.

Esaie.28.

Hiere.xvii.
Leui.xxv.
Marci.ii.
Io.ix.

Largiri & pęnitere.

Qui dolet & męret propter/quod vertere nequit
Eſt fatuus: quoniam cura torquetur ínaní.
Prętterea eſt ſtultus: quí dum largítur amíco
Pęnítet: híc donū perdit meritumq; ꝓphanat.

Da facie lę ta: ſine lę= tícia faciei Quod de= deris ꝑdis rem merí= tūq; reí hí= larē dato= rem dílígit deus.

glo.in c.i.de dona. 23.q.6. ex his oibus. 2. Corinth. 9.

Quid ſit largíri: quid ſit donare docebo.
Vírtus magna quídem eſt: ſí pietate facís.
Mentibus humanís gignit ſolatía lęta
Hęc vírtus: ſí quíd dexteritatís habet:

Munera qui placidis manibus largitur amico:
Donat & emerito pręmia digna viro: Eccleſi.xii.
Laudibus egregiis/fama eſt cantandus & acri: Iob.vi.
Is virtutis item nomen habere poteſt: Ad collo.iii.
Ille tamen fatuus: qui cum largitur amico: Ad hebre.iiii
Pęnitet hunc miſſi muneris atq; dati.
Sępe etiam donat hilari non mente bonaq;: Eccleſi. xviii.
Pallor at in facie/triſtitieſq; ſedet.
Atq; datū propter/fatuos euellere crines
Audet: & improperat quę dedit ante/cito: Eccliſi.xx.
Munera perdit iners: nam grates ſoluere nemo
Huic cupit. ingrata qui bona mente facit.
Ille tamen peior: pro chriſti qui dat amore: Eccleſia.xxv.
Pęnitet atq; operis. muneris atq; cito:
Quippe deus fatuo non ſemper pręmia: mox ve
Tranſmittit: ſapiunt libera dona deo: Cantico.viii.
Nam deus omnipotens hominis nil munera curat Eccleſi. xiiii.
Aſt animi donum penſitat ipſe pii.
Lętitia vultus/inopi qui donat amico:
Largiturq; bonis ex pietate viris: Prouer.iii. Eccleſi.iiii.
Conſequitur laudes: & grates ſemper habebit
Optima de grato munera corde fluunt. Prouer.28.
Pungimus interea fatuum quoq;: munera ſemper
Qui capit: ingratus attamen vſq; manet: Seneca de in gratitudi.
Spurcidius nihil eſt ingrato: nil quoq; peius: Tullius ī off.
Hoc vitio rapitur maxima turba hominum.
Vir bonus & ſapiens grato cito donat amico: Sapien. xvi. Eccleſi. xxix.
At ſtudeat gratas ille referre vices.
Si donare velis: fluat hoc ex corde benigno: ii.thimo.iii. Luce.vi.
Sic dabitur meritis gratia prompta tuis.

De accidię vitio.

Desidię vitium toto dominatur in orbe:
Corporis accidia & nunc genus omne premit.
Corpora seruorum torpent/fugiuntq; labores:
Somnia agunt vetulę: sed precium accipiunt.

Somnife/rum semē spgo atq; papauer: vt inde Dormí=at & deses dormiat vsq; piger

bea.tho.pte.i q.lxiii.ar.ii. &.2.2.q.35. ar.ii. & in.q. de malo.q.ii ar.ii.

Torpor sit q̃uis mentis petulantior: atq;
Intolerabilior: frangat & ingenium:
Corporis accidiam vitium sed grande putamus
Ex cuius gremio proh mala magna fluunt.

Quem premit vſq; adeo torpenti in corpore lãgor
Accidię. aut cuius marcida membra iacent: puer. vi.
Deſidiam propter neq̃at q; voluere crura: Sapien. xv.
Sed patitur laſſos/igne perire pedes: Prouer. xv. &
Eſt fatuus vecors/& nigro ſtigmate dignus xxvi.
Pręſtet vt exemplar deſidię vſq; ſuę. Prouer. xviii
Deſidioſus homo cunctis incõmodus horis Prouer. x.
Luminibus fumus ceu malus eſſe ſolet. Eccs̃. x.
Aſſidue ſolitus flãmas ſeruare camini:
Obſtat enim ſibi met ſolus vbiq; piger.
Fœlix qui iuſto exercet ſua membra labore: Prouer. xx.
Et manibus panem quęritat vſq; ſuis.
Sed deus hunc punit tormento ſępe cruento Prouer. xxi
Quem premit aſſidue corporis accidia: &. xxii.
Pręmia largitur deus optimus ampla labori Iob. v.
Non is manducet quiq; labore caret. Eccs̃. ii
Accidię vitium metuenda pericula mundo Eccleſi. li.
Intulit: ad facinus principiumq; dedit. ii. theſſa. iii.
Rex Dauid torpore graui /& cum deſide vita ii. Reg. xi.
Factus adulter erat/atq; homicida ſimul.
Roma labore vigil/fregit Chartaginis arces: Aug⁹ de Ro
Deſidia interiit Roma ſubinde cito: ma.
Poſtq̃ militia & belli ſudore vacabant
Romani: & nuſq̃ bella vel hoſtis erat: Appianus
Accidia & luxu /robur Romana iuuentus
Perdidit: hoc cecidit inclyta Roma modo.
Nam prius externis pugniſq; & marte feroci Ouidi. in faſ.
Paſcebat fortes bellica Roma viros.
Sed poſtq̃ luxu fracta eſt: veneriq; parentans
Illecebris /vires perdidit illa ſuas.

De externis & infidelibus fatuis.

Hic posui externos fatuos/qui nomina gestant
Stultitię: nostrisq; fidem insipientibus addũt.
Quamuis non digni nobiscum soluere nauem.
Sunt tamen ad sortẽ puppis numerũq; vocati.

Non cõcupiscit dñs multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

Ecce sed externi fatui subsellia ponunt
Vt possint pictę nauis habere locum.
Insuper occurrit fatuorum maxima turba:
Quę pene & terras & freta cuncta tenet.

Eccles.x.
ii.corin.iiii.
et.vi.
Sapiẽ.xiiii.

Quos ideo externos reputo/quia sunt ꝑcul extra — i.Corinth.7.
Septa dei: & veram catholicamq; fidem — 2.q.1.multi de diuor.gau
Negligere hos potui: tenebrisq; relinquere: q̄d nā — demus.
Ad nos de fatuis quos foris error habet?
Sunt adeo cęci: nullo medicamine possunt
Sanari: vt linquant quos coluere deos. — xcii.dis.pluri mos
Liberius fuerat gentes transire silendo — xvi. q.1. in ca nonibus
Sordifluas: quarum pectora dęmon agit.
Tantus itē numerus: tanta est fera turba cohorsq;.
Stultorum fidei quę sacra iura negant:
Vt nequeat cunctos parui membrana libelli
Complecti: sectas est meminisse satis.
Thurcorum gens prima locum stultos tenet inter — Thurci
Atq; Saraceni: Tartareiq; canes. — Saracęni Tartari
Quos Mahumętanę legis tenet impius error:
Aphrica quo tota est capta: Asia atq; potens:
Magna quoq; Europę iuncta est mō portio: nauis
Quā mō nostra vehit: Sarmaticosq; Scythas. — Scythę
Secta Bohemorū fidei ludibria tractat: — Bohemi
Et Morauis nolas stultitię illa dedit. — Morauí
Qui merito in prima fatuorum puppe locant̄:
Stulti etenim ignaui dogmata falsa colunt.
Pragensis schola p̄cipue/quę fulguris instar — Praga
Decidit a summo/sponte sciensq; gradu.
Cōmemorasse velim cunctos q̄ dogmata falsa: — Hęretici
Ararumq; colunt vana ministeria:
Nostra quibus sacra relligio veneranda fidesq;
Censetur mendax/falsa/prophana/leuis. — C.de his qui sibi mor.ꝑsci. l.vna
Inter eos fatuos memorem quoq; :morte cruenta
Aut laqueo frangunt: qui sibi sponte gulam: — 23.q.5. placuit.

De fidei catholicę/& imperii inclinatione.

Vos o christicolę proceres /ex corde precamur
Qui manibus vestris fidei monumenta tenetis:
Consilio magno /rerum perpendite casus.
Et mihi stultigerā: quam mōstro: relinqte mitrā.

Prę ferēda est priuata vtilitas cō mūi: & minori maior.

Dum meditor lapsus: quales respublica christi
Perfert: & fidei damna verenda sacrę:
Innumeris cogor lachrymis propere ora rigare
Et gemitu sortem plangere sępe grauem:

c. bone. i. de post. plā. in aut. vt iud. sine quo. suff. in prin. col. ii. in aūt. vt diui ioss. in prin. col. viii.

Luctíferis deceat contundere pectora palmis:
Feraliq; tuba grande fugare nefas:
Nemo adeo durus: nemo tam ſaxeus vſq̃:
Qui non hos cãſus lugeat atq; fleat.
Eccleſię videat cum ſic decreſcere ſedem:
Quandoquidem in lapſu ſacra cathedra iacet:
Roma caput mũdi nutat/tremit/atq; labaſcit: Roma de qua Lactantius.
Debilibus vehitur ſors modo noſtra rotis:
In miſeroq; gradu chriſti reſpublica paſſim
Fluctuat: & ſubita mobilitate fremit:
Dogmata non ſolum fidei: legeſq; ſacratę
Decreſcunt: ſed enim ſanctio quęq; ruit:
In culpa proceres ſunt: & torpentia corda Cauſa deſtructionis fidei
Regum: qui manibus bellica tela gerunt:
Hi fidei q̃uis clypeum: ſceptrũ: armaq; portant:
Lumine ſed patulo/triſtia fata vident:
Nemo rapit galeam: nemo iam claſſica pulſat:
Magnanimo nullus pectore ſigna gerit.
Vt modo romanam defendat marte parentem: Math. viii.
Nauicolam Petri ventus & vnda quatit.
Vna fides chriſti toto venerabilis ęuo
Quę potis eſt cunctos ſanctificare viros:
Nunc titubat: lapſumq; timet: ſubitamq; ruinam:
Et caſus metuit pręcipitanda truces.
Arma parant contra/peruerſę martia gentes
Eccleſiam: tumido quę tremit acta freto.
Vix tenet illęſam chriſti reſpublica ſedem:
Cladibus at tandem: mox quoq;/laſſa ruet.
Impugnat Thurc? Scythicis primũ ortus ab oris Thurcus.
Eccleſiam Petri/dilaceratq; fidem:

Mahumẽtus Impia iura dedit Mahumętus pſeudo propheta
Gentibus inmodicis legifer ille fuit:
Peſtiferas totum ſectas diffudit in orbem:
Arabia Atq; Arabis primum dogmata falſa dedit:
Aſia Inde Aſiam inuertit maiorẽ/ Afriq; ſequuti
Aphrica In ſua iuraruntimpia verba viri.
Soldanũ Aegypti/Mauroſq;/& Thartara regna
Thurc⁹ ex ca ſpiis mõtib⁹. Et cladem fidei/Thurcum habet ille/ſacrę:
Qui Geticis niuibus quondam cõtentus: & aruis
Sarmaticis: pontum nunc habet Ionium.
Boſphorus. Boſphor⁹ at Thracię: ſeptẽ quoq; regna Trionis:
Thratię Nec fuerant Thurco regna paterna ſatis:
Lybia Perdidimus Lybię gentes: Aſiamq; minorem:
Aſia minor Quę quondam coluit dogmata ſancta patrũ:
Europę multos populos ãmiſimus eheu:
Hungaria Hungarus atroces ſenſit adeſſe manus.
Dalmatia Dalmata mortiferos inſultus ſępe/cruento
Marte tulit: Thurcos diſpulit atq; truces:
Non tamen auxilium chriſti de milite ſenſit:
Deferimus fidei culmina ſponte ſacrę.
Heu nihil accreſcit nobis: ſed cuncta labaſcunt:
Decreſcit virtus: marcet vbiq; fides:
Hiere. ix. Treno. ii. Triſtibus in lachrymis q̃s non hoc flebile fatum
Plangat? cęſariem dilanietq; ſuam?
Gręcia Perdidimus Graios: fidei quos dogmata noſtrę
Thracia Continuere diu: perdidimuſq; Thraces:
Macedonia. Achaia. Subiuga Thurcorũ Macedon tranſiuit: Achiuus:
Ceruicem pariter adiuga dira dedit:
Theſſalia. Perdidimus Spartã: Thebaſq;/& Theſſala tempe
Myſia Nos Myſias nuper perdidimuſq; duas:

Gallata nunc ſeruit: noua Romaq; cęſare digna — Conſtantino polis
Imperium amiſit/cum Trapezonte/ſuum. — Trapezos
Quid iuuat innumeras chartis memorare ruinas?
Chriſticolis pudor eſt ſic cecidiſſe fidem:
Oia Thurcus habet: nec enim eſt cõtentus in illis
Quę male poſſidit: nos quoq; habere cupit.
Non ſatis Iſtricolas/Styrioſq;/& Pannona rura — Iſtria Pannonia
Tutari a Thurco gens modo nr̃a valet.
Illyrici trepidant: inſultus appula rura — Illyria Apulia
Thurcorum metuunt: Itala terra tremit: — Italia
Vix ſe defendet fumantibus ætna cauernis — Sicilia
Enceladi ceruix ſentiet illud onus:
Iſter & indomita Suęuorum ab origine natus: — Danubius
Thurcorum metuit nunc tolerare iugum:
Sancta Rhodos defende fidẽ: mahumetica ſacra — Rhodos
Dirue: ſaluificam contueare crucem:
Bagiazit princeps: ſua gens quem nomine diro — Baiazit Ildrimi
Ildrimi vocitant: arma ſeuera parat:
Horriferis bellis noſtras contendit in oras:
Et properat ſanctam vertere vbiq; fidem.
Percitus eſt furiis: facies pręcincta colubris
Eumenidum: cordi bacchicus ardor ineſt:
Sanguine chriſticolas laceratq;: & morte cruenta
Afficit/abducit: carcerat/interimit.
Iſta ſitis Thurci ſatiatur ſanguine nullo: — Eſaie. lvi.
Marte fores pulſat chriſticolumq; lares: — Eccleſi. 12.
Roma decus fidei: Petri ſanctiſſima ſedes — Roma
Ni caueas: lacera fronte capiſtra geres:
Euomit en rabiem toruam hęc Acherontia ſecta:
Et furit: vt laniet teq;/ſacramq; fidem.

xliii.dis.sitre ctor & c.ephe siis

Heu lupus innocuum passim consumit ouile
Et vorat insontes dissipat atq; viros:
Diripit infantes.matres castasq; parentes
Enecat:imberbes cum senibusq; rapit.
Torpor habet mētes nostras: pręcordia marcēt:
Perpetuusq; premit pectora nostra sopor.
Nos apud indomiti lex est & copia Martis:
Sunt & magnanimi signiferiq; duces:
Sunt vires animi:sunt & conamina belli:
Consilium prudens:ingeniumq; ferax:
At tamen inmanes patimur procędere Thurcos
Perdimus & nostro crimine sponte fidem:

c.q̄is de reg. iu.in anti.

Dormitant reges/proceres:palinurus in vndis
Mortiferis recubat qui caput orbis habet

Ps.lxxv.

Dormitat nunc petre tuę ditissima sedis

Nau.iii.

Turba:patet Thurco dilanianda fides.

Esaie.li.

Nemo vetat sęuire trucem p regna per vrbes
Hostem:sponte sua quisq; perire cupit.
Europę magnam partem perfregit habetq;
Extenuat nostram victor vbiq; fidem.
Thurcorum rabiem iam crimina nostra merent
Ob scelus atq; nefas pœna luenda venit.
Diuitias colimus:nūmis cōponimus aras:
Exulat & virtus:exulat alma fides:
Auri sacra fames.rerum quoq; vana libido
In pœnas meritas pectora nostra trahunt:

Ouid. & in p he.grego. Eccles. xiiii.

Cœlica pulsa quidem terras astręa reliquit:
Et partem imperii nunc sibi quisq; rapit.

Io.xix.c. iter attuor de ma. & ob.c.nimis de priuil.

Olim Roma potens:patres/fideiq; sorores
Quatuor elegit:cum quibus esset honor:

Sacratas ſolymas: vrbemq; a nomine dictam — Iherosolyma.
Fortis Alexandri: & vrbs ſimul Antiochi — Alexandria. Antiochia
Quarta ſoror Cõſtantis erat noua Roma: ſed oẽs — Conſtantino polis.
Has premit imperio turba nefanda ſuo:
Gentiles iterum ſectę: pſeudoq; prophete
Exurgunt noſtram contaminare fidem:
Nemo vetat: rigidis ſunt pectora noſtra tenebris — Cauſę deſolationis fidei.
Subruta: chriſticolę lumina cęca gerunt.
Hos merito lapſus ob crimina noſtra ſeueros — Leui. xxvi.
Nunc patimur: chriſtus denegat auxilium: — puer. xxviii.
Maior in immani nunc eſt reuerentia Thurco:
Maiori cultu dogmata falſa colit:
Quam nos chriſticolę legemq; fidem beatã:
Fœdera rupta cadunt: pax quoq; nulla malis.
Impietas: vſura placet: ſpoliumq; bonorum:
In ciuem ciuis: filius inq; patrem:
Quilibet alterius gliſcit contingere terras:
Eiicit atq; alium/ſede locoq; ſuo.
Chriſticolas proceres vexat concordia diſcors. — Prouer. xvii.
Priuata vtilitas vertit vbiq; fidem. — Hiere, xv.
Mirandum non eſt igitur q; perdimus vrbes
Innumeras: terras/regna vetuſta ſimul.
Nil reſtat: Thurcus martem mox ducet in oras
Noſtras: nil Thurcum claſſica noſtra vetant.
Porta patet: via facta palã: Roma inclyta Roma — Romanę vrbis principia
Vix tandem euades: ſęua procella venit.
Condidit initio te rex: te conſul adauxit:
Mox tetigit ſũmos vertice Roma deos.
Cęſareis tandem ſceptris ſubiecta: ſed inde.
Libera facta nimis: mox quoq; ſcęptra feres

Hiere. xxxi. Ad hebre. 8. Nemo vetat: minuitq; fidem iam noxia culpa
Nostrorum scelerum: conscia pęna subest:

Exhortatio O proceres latii: tuq; o Germania fortis:
Vos rigidi galli: pannoniusq; ferox.

Concordia pręres crescũt discordia maxime diblaũt Salu⁹ Et tu papa sacer: Christi defendite nomen:
Bellica victrici stringite tela manu.
Inter vos pietas: sit pax/constantia/firma
Sacra fides: nexu perpetuatus amor:
Vnus & assensus: concordia fida: manusq;
Iuncta sit: arripiat quilibet arma cito:
Possumus e nostris procul hinc expellere Thurcũ
Finibus: & christi sic stabilire fidem.
Spes tamen est nostris firmissima gentibus vna
Maximilianus impator sanctissimi romani imperii. Qz sceptrum imperii Maxmilianus habet:
Afflictis poterit solus succurrere rebus:
Et solymas propria nunc reparare manu:
Viribus Alcidem superat: pręcellit Achillem:
Cęsaris/hoc vno est principe: fama minor:
Nil mihi Pompeius magnus: nil sylla: camillus
Laudandi: mea laus Maxmilianus erit:
Cęsareo dignus princeps diademate: sedem
Eccleśię firmet: imperiiq; sacri:
Victrices aquilas: victritia signa per orbem
Constituet: Thurci dissipet atq; minas:
Mox solymas: signumq; crucis: tumulũq; sacratũ
Restituet: regi cęlica turba fauet.

Apostropha ad germanos Sed vos Germanos proceres/gentesq; potentes
Admoneo: precibus inuigilate meis:
Quandoquidem latii dominos dormire videmus
Ausonidum torpent membraq; lassa ducum:

Dormitant Siculi reges: galluſq; ſuperbus:
Eccleſię dormit negligit atq; cohors.
Cuncta videmus enī/ſcimus quoq;/poſſum⁹ atq;:
Nec volumus: cunctos ſponte perire iuuat.
Ergo per immanes ducatis claſſica gentes:
Addite torpeio corpora victa iugo:
En vobis aderit pręſenti numine chriſtus: Apo.xvii.
Cœleſti franget impia caſtra manu:
Maxmilianus adeſt: quo maior tempore nullo Maximilia/nus rex
Rex fuit: a digno ſtemmate ſceptra gerens:
Inuideat quicunq; velit: non iuſtior illo
Principe: non illo clarior vllus erit:
Cęſareum profert vultum: in ceruice niteſcit
Maieſtas: mores nobilitatis habet:
Fraudibus attentat nihil hic: quicq̄ ve doloſum
Concipit: at plano tramite vita meat:
Hunc non inſani faſtus: ſed candida virtus
Eleuat: hic ſolus fœdera pacis amat.
Inuideat quicunq; velit: hoc principe ſancto
Poſſumus in tuta pace manere diu.
Liuida corda tacent: quę nutu ſępe ſuperbo
Impediunt regem/conſiliumq; bonum:
Exitus hos tandem triſtes: tormentaq; manebūt
Et ſua qui cupiūt qui per ſcelus arma ſequi.
Nullus in orbe viget princeps qui cęſare noſtro
Sit melior: iuſſis ſeruiat ergo ſuis
Quilibet: & capiti nunc vota fidelia ſacro
Conferat: & domino ſeruiat vſq; ſuo.
Hoc duce Sarmaticas gentes ſuperabimus: atq;
Euxinum pelagus: biſtonioſq; lares.

De assentatoribus & parasytis:

Subdolũ equũ quisqs manibus palpare putabit.
Lambere vel discos: blanditqꝫ potentibus: ille
Assentator vt est: sequitur sic atria regum et:
Nobiliũ mensas: agit & fatuum parasytum

Gnatones diuitibꝰ assentãt: nã hic quęstꝰ est modo mlto vberrimus.

Molior his etiam fatuis adiungere classem
Per mare qua vehitur aulica turba procul:
Hęc etenim propriã cupiens cõscẽdere puppim:
Rostratę dedimus vela cupita ratis.

.2.2.q.cxv. glo. xxv. dis. c.vnũ

Nobilium ſeruí cupiunt ſulcare ſeorſum: xlvi. diſ. ecce quare
In turba nequeunt continuare dolos:
Prauus adulator ſolus cupit eſſe/potenti Horaᵍ. in epi.
Cum domino: & ſolus noſcere cuncta cupit.
His igitur fatuis lembū hunc cōſtruximus amplū Leui. xix.
Ne fraudis caperent impedimenta ſuę.
Aſſentatores paſcit nunc curia regum: Eccs̄. vii.
Primus apud dominum quilibet eſſe cupit:
Alter enim tacitum virus/falſoſq; ſuſurros xliii. diſ. c. vl.
Auribus infundit: illecebraſq; ſerit: Prouer. xxvi
Alter ab excultis/ſparſas/ſcit vellere plumas
Veſtibus: & domino cōplacuiſſe ſuo.
Eſt alius mulcens ſermonem mente doloſa i. Theſſa. ii.
Prolatum: & fraudem miſcet vbiq; ſuam. Eccleſi. 28.
Dulcibus eloquiis/& vano murmure ſtultus
Palpat herum: vt citius vera relata putet.
Delectat multos aliena viuere quadra:
Diuitis vncta quibus nempe culina ſapit. Iuuenalis
Efficiunt plures mendatia ſordida dites: ff. de her. inſti. l. captatoriaſ. 8ȝ. diſ. nihil
Quiſquis adulator primus in arce ſedet: xi. q. iii. ne/mo perit
Doctus & ad flatus ventorum obducere pallam:
Scit quoq; ſe cunctis aſſimilare dolis. Eccleſi. xxi.
Iam datur inſignis locus his: qui voce bilingui glo. in l. i. C ſi q aliquē teſ. p
Per patulas aures ſpargere verba ſciunt:
Multi aſſentando preconia clara merentur: Ad ro. i.
Nam domini ingentes fallier vſq; volunt. Pš. xl.
Nemo iam gratus: niſi qui proferre ſuſurros Eccleſi. xii.
Nunc tacitos noſcit: & noua multa loqui xlvi. diſ. ſunt nonnulli de
Sed quia peccatum comitatur noxia pœna: his quę fi. a ma. p c. quęſi
Calcitrat hos tandem fraus ſua/& ater equus: uit & in glo.

De delatoribus & obloquutoribus

Hic animū leuitatis habet/qui credere verbis
Omnib⁹ vſq; ſolet: patulaſq; accomodat aures.
Nā nebulo mendax: balatro quoq;/p̄fida fundūt
Verba: parant hominū lites quandoq; moleſtas:

Eque reus eſt ille qui de facili credit ſicut ille qui mentit .nimia enī facilitas credendi vitu peratur.

xi.q.iii.non ſolū. xxx.q.v nullū. glo.pe. xvi.q.ii.c.i. lxxxvi. diſ. ſi quid xxii.q.iiii. innocens.

Vix ego p̄ſentes fatuos ad tranſtra vocaſſem
Si vicina ratis non petiiſſet eos:
Hoc genus indignum primā nunc occupat arcem
In mundo: quoniam credula verba canunt

Sed tamen eſt fatuus: facili qui concipit aure — Eccleſi.xix.
Quicquid multiloqui prodit abore viri.
Stultitię ſignum craſſo de pectore profert:
Auriculę cuius ad mala verba patent.
Stultus enim patulas verbis accomodat aures: — Heſter.xvi
At ſapiens ſtulti ſubdola verba fugit. — Prouer.xiiii.
Magnanimus non eſt alium qui verbere duro — Ioſue.vi.
Percutit a tergo: nec monitum ante: ferit:
Hic etenim incautus neſcit ſibi ferre ſalubre — puer.xxiii.
Preſidium: in dorſo nam quia vulnus habet.
Dulce magiſteriū eſt verbis nunc prodere falſis
Et iuſtum inſidiis deprimere ore virum.
Hoc vitium quicunq; cupit tractare prophanus
Proditor: iniuſtus & maleſanus erit.
Delatoris enim fugiat mendatia quiſquis — Eccle.28.i fi.
Viuere perpetua cum probitate volet. — ii.Theſſa.ii.
Lingua nocens tacitis precordia caſta venenis — Prouer.xviii
Inficit: & tremuli conterit oſſa viri.
Hoc vitio abſentis parti turpantur honores — Eccleſi.xiii.
Hoc vitio ſiquidem crimina multa fluunt.
Heu ſuper alterius cauſam ſententia fertur — Sapien.ii.
Sępius iniuſte: lex quoq; falſa nocet. — Eccleſi.xviii.
Accuſatus enim falſo: non ante citatus — Prouer.xxix
Tutari cauſam quomodo rite poteſt?
Hoc Mardocheum vitio olim perfidus Aman — Heſter.iii.
Detulit: at tandem prędmia digna tulit:
Credulitas natum Saulis pulſauerat olim: — miphiboſeth.
Nam delatoris credíderat vitio. — Reg.xvi.
Magnus Alexauder faciles non prebuit aures — i.Mach.x.
Verbis: credulitas nam celerata nocet. — Eſaie.xxviii.

De falsariis & fraudulentia.

Alchimia docet fallax: corruptio vini &:
Quas fraudes hominum perfidus orbis agat.
Omnibus in rebus fraudis falsiq; doliq;:
Cuncta statent vitio: tuta nec vlla fides.

Valeant alchimistę quoniam spēs reruꝫ transmutari nō pñt.

Cōtra Alchimistas. vide tex. in. c. epī circa fi. xxvi. q. v.
Io. an. in ad. spe. ti. de. fal. tho. 2. 2. q. 77. ar. ii.

Iam nisi centenas tribuant in carmine voces
Castalię: totidem linguas: vireſq; potentes
Dictandi: nequeam falsos conponere stultos.
Copia magna quidem est illorum: magna caterua

Inde opus est ratibus/plures superaddere classes
Vt ꝑ longinquas sulcent me remige terras:
Et spargant passim merces/fraudesq; dolosas.
Sed genus est variū quod fraudibus infícit orbē.
Falsus amor fallit multorū credula corda: Prouer. xi.& xxix.
Nempe latens gestat/sub lingua ꝙpe venenum Eccles.vi.
Falsi etiam & ficti nunc inueniuntur amici:
Fraudibus inmixtis qui dulcia queq; loquunt: Eccles.37.
Quę longe a vero & sincero pectore distant.
Consilium falsum largitur pręmia multis:
Decipiunt multos simulata & credula verba Prouer. xii. Eccles.viii. & xxxvii.
Nemo cōmunes res curat: publica facta
Marcent & in propria: mentimur cōmoda passim
Germanus fratrem: fallit natusq; parentem. Ouidius
Aut fraudare cupit: nullum est iam pignus amoris
Religio falsos cultores sustinet: atq;
Clericus & monachi hipocrisi/falsisq; laborant Math.vii.
Mentibus: exterius redolēt. sed sub cute quid nō?
Atq; lupi plures ouium nunc vellera portant.
Simplicitas extra fulget: sub pectore vulpis: Ezech.xiii.
Contaminat totum: & nūc falsa pecunia mundū: Luce.xiii.
Argentū minuunt: miscent quodcūq; metallū: Prouer. xviii
Auri confundunt speciem: gēmasq; dolosas
Pro veris vendunt: nūmus sua pondera nescit.
Est fraus in numero: mensura/& pondere rerum: Hieremie.v. & vii.
In vino fraus est: merx est nunc omnis iniqua. Eccles. xxvii
Nulla fides hominū: fraudes sibi quisq; latentes Virgilius .4.ene.
Tractat: & in rebus allatia nomina quęrit.
Fœlix ille quidem est: qui fraudes effugit omnes:
Pauci inq̄ fidi nunc sunt: minimiq; fideles: Prouer.xx.

der Endkrist
sant peters schifflin

De Antichriſto.

Deutro.xiii.. xxvi.q.v.ifi

Iam nauem celeri curſu prę̃miſimus altam:
Qua vehitur tacitis fraudibus acta cohors:
Nauis adhuc plures circum ſubſellia currunt
Stulti: qui cupiunt ſoluere vela manu:
Qui ſint: & quales/ q̃ plures forte requiris:
Quos coner meritis dilacerare notis?
Pace loquar: ne fors verborum turba malorum
In teneram pergat tendere tela ratem:
Chriſticolas falſos refero: pſeudoq; prophetas
Qui chriſti/falſo pectore/ſacra colunt.
Quiq; aliter ſacras leges & dogmata verſant
Q̃ textus planus edocet atq; ſonat.
Clauigeri petri nauem/laceroſq; rudentes
Frangunt: remigium dilaniantq; ſacrum:
Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per vndas:
Inuaſtoq; freto naufraga vela iacent.
Interpres falſus: leges/& pſeudo propheta
Diuinas violant: contaminantq; fidem:
Nec ſeſe tantum falſis erroribus implent:
Nec propriam in facie̅ dogmata ſpurca vomũt
Decipiunt alios: & legum ſemina ſpargunt
Paſſim: ſed tales noxia pœna manet.
Sunt nobis fidei lepido monimenta nitore
Prę̃ſtita: quę̃ mentes ſaluificare queunt
Planaq; ſunt: verbis non interfuſa doloſis:
Non fraudes: legum pagina ſacra: tenet.
Multorum mentes trahit at nunc ambitioſi
Conſuetudo mali: nominis atq; labor

Math. xxiiii
Marci.xiii.
ix.diſ.ego.
c. ſi ad ſacros.
xxiiii.q.iii.
hereſis.
Actuũ.xxvii
Prouer.xxx.
Marci.iiii.
Math.viii
Hiero.in plo/ go biblie.
37.diſ. relatũ
Apoca.xx
ii.thimo.iii.
ix.diſ.quis neſciat.
ii.petri.iii.
Hiere.xxiii
Mich.iii

xlvi.dis.h3. Quos & doctrinę premit arrogantia partę:
Obscurant hominum pectora nuda malis.
Scripturas sacras aliter q̃ pagina cantat:
xxiiii.q.iii. Exponunt: illos gloria vana rapit.
heres. 37.di. relatum & .c. vino Nonne satis fuerat te intellexisse sacratas
Leges: atq; alios his superasse viros:
Concupis at cultus diuinos/more sinistro
Voluere: mutatur (te duce) nostra fides.
Spiritus ætherea quondam dimissus ab arce
Protulit ad nostros hęc documenta patres.
xxiiiii.q.i. nõ afferam⁹ Hi falsam trutinam manibus gestare videntur:
Dogmata qui falso sacra docere solent.
Hoc leue nunc faciunt: nũc illud pondere magno
Pensant: sic sacram voluimus vsq; fidem:
Ezech.ii. Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostrę:
Nunc Anthicristo pręuia castra locant.
Thesaurosq; parant: quibus insatiabilis error
Adse prauorum pectora victa trahat.
i.Ioh.i. Conuolitant multi Anthicristi signa ferentes:
Qui tentent sacram contaminare fidem.
Qui falsas etiam secum dispergere leges
Per mundũ properent: falsidicosq; deos:
Hi neq; verberibus tracti/sęuis ve flagellis:
Sponte sua illius quisq; satelles erit.
Ecclesi.x. Abducet fatuos funesta pecunia multos:
Quos Antichristi libera dona trahent.
Adq; ministerium plures mercabitur ille:
Tam fœdum nũmis: fraudibus atq; malis.
Apoca. xiii. Sed non durabit longęuo tempore classis
Illa: sed in tumidis fluctibus acta ruet.

Corruet & cantus rhedarum/& plauſtra quieſcẽt:
Et veri remanet lex/& honeſta fides.
Nauiculam petri tempeſtas turbida iactat: Marci.iiii.
Et quatit extructam dira procella ratem:
Et titubat malus: titubant quoq; carbaſa cęlſa:
Ne ruat exitio puppis operta graui:
Scripturas ſacras interq; pretamur iniquo
Dogmate: veridicam mergimus vſq; fidem: i.Iohan.i.
Ipſe Antichriſtus ſpatioſum miſit in orbem Eccleſi..ii.
Curſores celeres: qui ſibi caſtra locant. ii.Iohan.i.
Et falſos fidei cultus: & ſemina ſpargant
Pręuia pergentes: chriſticolaſq; viros.
Id quod pręſenti volumus ſermone notare:
Nam tria ſunt: fixa eſt in quibus alma fides:
Gratia pontificis quę ſacro funditur ore: Inno. in. c. ꝙ
Quę tamen ad nihilum/ſpreta/redacta iacet. aũt de pe.& re.& in cle.fi. e.ti.
Copia librorum: qui falſo interprete marcent:
Atq; bono legis expoſitore carent. Eccs̃.xvi.
Sunt & doctrinę: quibus & nunc gloria nulla
Pręſtatur: tenebras diſcimus vſq; meras. Prouer.xvi
Copia librorum totum eſt iam ſparſa per orbem:
Pauperis & libros bybliotheca tenet. xciii.diſ.legi?
Nemo tamen veri ſinceras diligit artes:
Dogmata nemo colit nũc niſi ſolus inops.
Nobilibus pudor eſt doctos verſare libellos. puer.xxiiii.
Heu laceris Pallas męret vbiq; comis. Eccs̃.ii.
Gloria nulla datur ſtudioſis: pręmia nulla:
Incaſſum ſtudii perditur vſq; labor. Hiere . xiiii.
Tempus adeſt: venit tpus quo pſeudo ꝓphetę Eccs̃.vii.
Omnia ſubuertent: tpa praua patent. Ezechi.vii.

Veritatem obticere.

Quiſqs amore/metu/pretio: atqs fauore/minis ve
Non loquitur verum: ſed bene facta ſilet:
Qui populo vt placeat: ſupplantat vera palato.
Hic Anthicriſti/curſor/amicus erit.

Qui per timorem occultat veritatẽ ꝓuocat in ſe irã dei. Melio ẽ enĩ ꝑ veritate ſupplíciũ pati q̃ bñficiuz habere ꝑ falſitate.

xxxviii. diſ. ſedulo.
Pſ. xxxv.
Prouer. xii.
Eccl̃s. xii.
Ad Roma. 1.

Eſt animus multis ſincerus: menſqs parata
Vt poſſint leges chriſti verumqs fateri:
Blanditiis tamen hi: verboqs aliquando minaci:
Terrentur: linquuntqs boni conamina veri.

Non recte ſapiunt qui veri dogmata: amore
Abſcõdũt: trepidantq; minas. terrena poteſtas
Eſt minor æthereis rebus/iuſſuq; deorum:
Ingenii dotes tribuit cui rector olympi
Infuditq; animũ: cur docta mente vacillat:
Et trepidus verí metuit prędicere leges?
Sed quía blanditiç multorum pectora ſoluunt:
Donaq; miſſa vetant verum quã doq; fateri:
Propterea fatuus cõpreſſo ſępe labello
In populũ ceſſat tranſfundere dogmata veri:
Sed ſapiens qualem depinxit muſa Maronis
Impauidus fortiſq; bonum/& prędicere verum
Audet: & humani generis trutinare furores.
Quamuis in ſiculo crucientur corpora tauro
Ceruicemq; ſuper pręceps dependeat enſis.
Nam vere ſapiens non vana pericula mortis
Horret: at in fixo ſtabiliuit limite vitam.
Non iſtum dominus: nõ verba mínãtia terrẽt.
Sed chriſti leges infracto pectore promit.
Vitabat populi curſus/& vana Iohannes
Murmura: ſeceſſus animí quęrebat honeſtos:
Hinc deus ad baptiſma ſuum deſcendit
Blandidulis verbis alium qui corrigit: vnde
Exemplum capiat vitę/normãq; ſalubrem
Si te non audit: ſi vultu forte minaci
Aſpicit: at tempus veniet quo ſoluere grates
Dignetur: laudeſq; tibi & benefacta rependet.
Mundanas ꝓpter qui res/abſcondere verum
Tentat: & æternis pręponit cõmoda rebus
Corporis: hic tenebris morietur ſtultus in atris.

xi.q.iii.quiſ/metu.xl.diſ. ſi papa
xliii.diſ.ſit rector.
Actuũ .x.
xxiiii.q.iii. tranſferunt.
Eccleſi. iiii. &.xix.
xi.q.iii.nemo
xxii. q. ii. ne quis. arbitre.
Virgilius de viro bono
Iuuenalis de thauo phalar.
Dionyſius
Thob.iiii.
Prouer.xii.
Iohannes.
xxv.q.ix.c.ſi
Proucr.ix.
Eccs̃.vii.
Eccleſi.37.
Eccleſi.xxi
Hiere.li.

Retractio a bono.

Qui vult esse veritatis
Cultor & beatitatis
Semper hic aduersitatis
Sentiet obstacula.

Cauete a fermento phariseo=rū: qui ve=niunt ad vos in pel=libus ouí=nis: & in=trínsecus sunt lupi rapaces.

Math.xvi. Marci.viii. puer.xxiiii. Ad roma.i.

Est merus hic fatu⁹ / stolído quoq; sanguíne plen⁹
Impediens íustos a bonítate víros:
Est alíquis tentans mores cōponere rectos
Et vitam sacris fortificare bonis:

Tu tamẽ hũc retrahis manibus petulantibus: atq;
Propositum tentas cõtaminare bonum;
Inpromptu ratio est: similes sibi poscit hre — Prouer. xiiii
Et numero plures/stultus & improbulus. — Eccles. xiii. s̃
Persequitur fatuus/dignos/iustosq; bonosq;
Odit & egregios: deteriora placent. — Eccles. xx.
Est studium fatui: multos vt contrahat ad se:
Ne solus fatui nomen inane gerat.
Consilium prębet falsum: manibus pedibusq;
Allicit: & sanos impedit vsq; viros:
Inde/bonus si vult/positis bene viuere mundi
Illecebris: tacita & cui loca sola placent:
Cõtinuo exclamat stultus: damnat quoq; iniquo — Sapien. v.
Iuditio iustum: cõmaculatq; bonum:
Esse (ait) ille putat sapiens sibi solus: amatq; — Luce. xii. .i. thimo. iiii.
Viuere secessu: singula sola placent:
In christo & sanctis desperat: gaudia mundi
Temnit: & hypocrisis hunc malesana rapit.
Nos socios inter viuemus: & insuper alti
Speramus tandem pręmia habere poli.
Qui bonus esse cupit/christiq; ad regna venire: — Math. v. ii. thimo. ii..
Audiet a stultis talia multa viris.
Vir bonus & sapiens mundi vitare laborat — Eccs̃. 6. & .7.
Illecebras: animę & noxia damna fugit.
Vana nocet stulti nunc conuersatio mundi. — xxviii. q. i.
Quę ducit cunctos ad scelus atq; nefas: — sepe.
Ergo si probitas: si virtus: si bona vita: — Luce. xxi.
Non possunt inte forsan habere locum: — Prouer. xiiii. Eccles. 37.
At saltem iustos homines seducere noli: — Hiere. xxix.
Parce bono: verum qui/sine/transit iter. — Ad collo. iii.

Omíſſío bonorum operum.
Lampadas accendunt oleo quícunq; flagrantí:
Quíq; tenent rutílo lucentes ígne lucernas.
Dulcía perpetuí capíent ſolatía regní:
Ianua pandetur ſímul hís pulſata repente

Quínq; fatuę acceptís lampadíbus non ſũpſerunt oleũ ſecũ. et clauſa ẽ ianua.

Eheu pręcípití mortalía corda profunda
Merſa: ſalutarem quęrite poſco víam.
In tenebrís denſís mens eſt humana ſepulta
Nullus ením ſuperum tela triſulca timet.

Boecius
Math. xxv.
Luce. xiii.
Pſ. vi.

Vita malis hominum sordescit consita rebus
Mergimus & tumido sautia corda mari: xii.q.i.oīs et.
Quid prodesse tibi poterit/ꝙ feceris olim
Sinceras operas & benefacta quidem? Ad hebre.xii
Quid tibi thuricremas prodest ꝙ struxeris aras: de cle.nō resi. relatum
Frugum primitias obtulerisq; deo? Luce xii.
Quid prodest iuuenem primos micuisse ꝑ annos de renū.c.i.
In virtute sacra: & degenerasse senem? de eta.& qua. ītelleximus.
Quid iuuat & fidei sacrę documenta sequutum Math. x
Qui non continuat nec benefacta colit: i.q.vii. sugge stin.i.Re. xii
Cum deus omnipotens extrema iudicet hora
Mortales: cunctos & tuba magna vocet:
Quilibet exactę cogetur reddere vitę Math. xxiiii
Acta: quibus capiet pręmia digna. i.corin.xiiii
Qui cupit extinctas oleo accendisse lucernas
Mens sua dum nutat spiritus atq; fugit
Stultus erit speratq; nimis: nec tristia verba xxvi.q.vi.si presbiter ī glo
Iuditii extremi cogitat atq; timet.
Si subito moritur sapiens/subitoq; labascit: Math.xxv Sapien. iii
Mors tamen illius non miseranda venit.
Hic operas quoniam iustas pręmisit: ad illum
Quem penes æterno lumine vita manet.
Sed fatuus vecors: cui sunt pręcordia cęca: Ecclesi.xi.
Iudicii horrendam spectat adusq; diem
Illius æterno tumulent membra sepulchro Deutro. viii.
In cineres densos mens quoq; praua ruet. Ad hebre.ii. Seneca
Proh res mortales sequimur: fatumq; futurum Ecciesivii
Negligimus: fatuos impia cura rapit: Math.xi.
Non deus extrema venientes spernit in hora: de pe.dis.vii.
Intutum/incertum/sed fatuum atq; nimis nemo
Ezec. xxxiii.

q.i.

De prẽmio ſapientię.

Poſſumus ad dextram palmę ſpectare coronam:
Ad lęuam mitrę cernimus auriculas
Ecce ſiniſtrorſum fatuorum maxima turba
Pergit: & exitii prẽmia iuſta capit.

Spatioſa ẽ
via quę du
cit ad p̃dí=
tionẽ. An
guſta vero
& arta que
ducit ad vi
tã; & pau=
ci iueniũt
eam.

Prouer. xiii
xvi. &. viii.
Math. vii.
Iob. xxvii.
Tobie. iiii.

O ſtulti veniam petimuſq; damuſq; viciſſim
Parcite ſi vos nunc noſtra thalia ferit:
Iam cano iuſtitię quę prẽmia: quanta ſophię
Munera largiri conſtituiq; valent

Plures ſunt: auido ſtudio qui nomina quęrunt — xl.diſ.c.fi.
Et titulos vanos: famigerumq; decus:
Hic etenim titulum doctoris geſtit habere
Ille magiſterii nomen habere cupit:
Non vt chriſtigenas doceat: nec dogmata ſacrę — vide glo. xliii diſ. in ſum.
Spargat ſcripturę: fortificet ve fidem: — xlvi.diſ.hꝫ h̄. de ma. & obe. humilis
Laudibus at trahitur vanaq; cupidine famę
Ambulat exęſę ſic quoq; rupis iter: — viii.q.i. qual.
Cogitat haud rectas animus quibus imbuat artes
Quę nectar tribuant Ambroſięq; cibos.
Eſt apud æternum patrem / ſapientia mundi — Abdie.i. Coriuth.i.
Nulla: ſed hanc ſtolidam ſtultitiamq; vocat.
Plures ſe credunt ad dextrum pergere cliuum
Atq; ſalutarem poſſe venire viam:
Quę per continuos traducit corda labores
Ad ſedem ætheream pacificumq; locum: — Iudith.viii. Actuū. xiiii.
Sed tamen ob mentis cęcas fatuaſq; tenebras
Ad dextram nequeunt tendere rite manum:
Eſt via ſtricta nimis: ducens ad regna polorum: — Luce.xiii.
Ad ſtygios ducit latum iter interitus.
Amphytrioniadem magnis imitabere cœptis
Si fugis illecebras: visq; videre bonum. — Diō de regno
Stultitiam quicunq; etenim comitatur: habebit
Et vitii & ſceleris pręmia iuſta ſui: — Eccs̄.vii.
Et meritis ſapiens non indotatus abibit.
Et capiet fauſto pręmia clara ſinu.
Sic plato poſt habitis fatuis / documenta ſophię — Plato. de quo Hiero.i ꝓlogo biblie
Luſtrauit: famam & poſteritatis habet.
Sed modo fœlicem nullum prudentia mundi
Efficit: ætheream ni colat ille viam.

Neglectus infortunii.

Hic fatuus certe est/ qui fortunam malefaustam
Sentit: & in manibus fata sinistra suis
Attamen in casu multum est improuidus isto:
Negligit & nunq̃ quod reparare potest:

Si vẽtis vela conmittas: ñ quo volũtas ſʒ quo impetus impellit ꝓmoueris: Boe.

in aũt. de nõ alie. aut p. ec. col. ii. puer. xi. Sapien. iiii.

Rebus in humanis ꝙ sit constantia nulla:
Nec sit certa fides: perstabilis ve gradus:
Hoc monstrant hominum casus & fata caduca.
Hoc te fortunę mobilitasq; docet.

Nam res externę fœlicem reddere nullum — Tullius
Possunt: cum fragili conditione ruant. — Seneca
Nulla manus tantis cum viribus: atq; labore — Horatius in arte.
Format opus: quod non tempore & intereat.
Sed quia nunc cupio fatuum cõponere: cui sors — ff. de dona cã. mor. l. senat⁹
Displicet instabilis: atq; ruina grauis:
Attamen inuigilat sitibundo pectore rebus — C. de neg. gest. l. 4.
Fortunę: cautus nec fera fata cauet:
Hic non mirari debet si fluctibus altis — Hiere. li.
Et laceris remis mergitur vncta ratis. — Ezechi. xxvi.
Si tibi principiis forte infortunia paruis — ff. como. l. si vt
Contingunt: tamen hec sunt comitata malis
Prudentum nobis veterum prouerbia dicunt:
Et sunt hęc dygito rite notanda meo:
Q; mala sors crescat: crinis quoq; nocte dieq;:
Est fati incertus exitus: estq; grauis:
Adsit in exemplum rerum mutatio: quę fit
Lapsibus assiduis: sors peritura fluit.
Prouideat tamen hanc qui tutus viuere gliscit: — Prouer. vii.
Irrepit tacito sors metuenda pede.
Aequora qui tumidi sulcat spumantia ponti — Eccles. lxiii.
Audet & infragili tangere naue fretum: — Prouer. xxiii & .xxx. Luce. vii.
Est opus vt ventos habeat flatusq; secundos
Ne puppis vastis fluctibus acta ruat.
Nam fatuus / remis rapidas sulcare per vndas — Eccles. iii. Esaie. xxiii. Soph. ii.
Qui nescit: facile hic tristia damna capit:
Sed sapiens qui non semper confidit iniquis — Iob. iiii.
Sortibus: atq; animo fata futura cauet: — Sapien. xiiii.
Is poterit fœlix rabiem vitare furentis
Aequoris: & portum prendere naue bonum.

Detractio bonorum.

Detrahit insipiens iustis plerumq; maligno
Ore: ligans nolam gutture murilegi.
Facta sua inde latere cupit: nec nomen habere.
Hinc putat: at tactus clamat ab osse canis.

Nō opus est catti pē dere i gut/ ture nola: Bella ge= rēt mures ꝑtin⁹ abs= q; metu.

Gaudia concipiunt: plausus linguaq; manuq;
Prudentes ędunt: constrepitantq; pede:
Q; modo tot fatuos libro collegimus vno:
Q;q; quadriremem struximus arte nouam.

Prouer. i.
Eccē. vii.
Eccles. xxi

Non ad díffames culpas: conuítía: crímen:
Carbaſa noſtra volant: per mare/perq; ſolum:
Nec cupímus calamo vítę proſcíndere famam:
Gaudeat at íuſtus: ſed malus íntereat.
Inde ſalutaris dedimus medícamína vitę
Et dedímus morum dogmata culta quídem:
Quí leget hęc noſtrí purus documenta líbellí
Stultítię nebulam & retía ſtrícta fugít:
Econtra plures fatuos mea pagina lędit
Píngendo noſtrę quos tetígere manus:
Nec tamen audacter mea ſcripta reuellere poſſũt
Nec temere hęc contra/verba proterua loquí.
Nec tamen addubíto/quín ſínt qui verbere duro
Intendant noſtros contaminare íocos:
Sí ſunt edocti: íuueni mihí parcere debent:
Cuí prędceptoris vertere ſcrípta placet.
Hos ſí líuor edax trahit: & turbatio mentís:
Saltem operí parcant quod bona multa docet.
Lędere ſí quoſdam nunc pagína noſtra vídetur
Díſcedant tacítí: murmura nulla íuuant.
Sentío quorundam críticorum ſíbila: ſed me
Solantur gracílí carmína facta pede.
Stribímus índocti doctiq; poemata paſſím:
Vtilis hęc ſaltem ſít mea muſa precor:
Nil fatuos curo: reſonant níl cymbala aſello
Dulcía: tum ſtolido non ſapít ılla ſeges.
Lectores ígitur moneo: deponite frontís
Grande ſupercílium: perlegite íllud opus:
Ceſſent & vocís latratus: rancída verba
Ceſſent: & placeat quod modo fínit opus.

Preceptorẽ appellat S. Brant.

Horatius

De inmoderata menſę turpitudine

Obſcęnos menſę ritus depingere fas eſt
Illius & fatuos cõnumerare modos:
Non pudor in verbis: non eſt reuerentia menſę:
Porcorum ritu gens modo viuit ibi:

Fiat mẽſa eorũ coraz ipſis in laqueũ/& in retributõnẽ & in ſcãdalum.

Sperabam fatuis ſatis hunc impleſſe libellum
Et finem ſatyris impoſuiſſe meis:
Altera turba ſed hanc fatuorum ſcandere nauem
Aduolat: & mecum nunc penetrare fretum

Pſ. lxviii.
Eccleſi. 29.
i. Coriuth. x.
Ad galla. v.

Non sunt fallaces fatui: quos ardor habendi
Aut aliquis quęstus ad mea vela trahat:
Sunt tamẽ obsceni fatui quos impius vsus
In tabula pascit absq; pudore bono:
Irreuerenter agunt/panesq; & fercula mensę:
More suum bibunt: pocula lata vorant.
Castigo in primis solitos contingere mensam
Illotis manibus: mentibus atq; malis
Reddere nec grates solitos pro munere christo
Votaq; pro tantis sacrificare bonis:
Sordida labra tenent fatui manente saliua:
In manibus crassis stercora spurca gerunt.
Ex naso stillant pluuię: nymbiq; madentes:
Ex oculis lyppis sordida gutta fluit.
Maxillę squallent: nigra rubigine dentes
Sordent: mundities corporis omnis abest:
Hic sabuli rex est: porcorum more solutus
Qui vorat: & grũnit: qui bibit atq; vomit.
Et vocat ad sortem cereris/donumq; lyei
Consotios: quorum pocula plena madent.
Ructant: exhaustum donec spumare falernum
Possint: & vino sordida mensa fluit.
Inq; vicem bacchi madido certamine sese
Sollicitant: haustus continuantq; meri.
Polluit hic animam ritus: corpusq; lacessit:
Assidua est peius ębrietate nihil:
Inducit morbos varios: & corpora soluit:
Et frangit neruos: contaminatq; caput.
O mores turpes: quorsum reuerentia mensę
Peruenit? vbi nunc est moderatus honor?

4.dis.denicq

Esaie.xxviii.
xliiii. dis. c.i.

ff.de ori.iu.l.i
Math.xv.

Actuũ.vi.
xliiii.dis.p re
uerencia.

de cõ.dis.v
in omnibus

Plinius li.
xiiii.circa fi

c.a crapula
de vi.& ho.cl.
Hora. i epist.

Persius

de reli.& ve.
san.c.i.
xxxv.dis.lux
uriosa.
Eccles. xxxi.
Osee.iiii.
Luce.xxi.
Prouer.xii.
& .xxii.

Curius

Quo Curius frugi? quo parsimonia prisca?
Migrauit victus quo decus atq; nitor?
Quorsum mundities mensę cultusq; decorus?
Heu ritus tabulę nunc moderatus abest.

Luce.xiiii.

Est aliud vitium: tabulam quod more siniſtro

Prouer. xxv.

Turpat: sinceros contaminatq; gradus
Sedibus in primis fatui subsellia ponunt.

Leuitici. xix Insti.de iu. na.glo.fi.& Insti.de.bo. poss. de off.cus.c.i.

Sordidulus iuuenis vult prior esse sene:
Amplius haud primas sedes conscendit honestas:
Turpibus vsq; viris pocula prima damus:
Et personarum neq; enim discretio: nullus
Est pudor: & tabulas irreuerenter habent:

Irreuerencia mense

Cum manibus peccant: cum gutture: cũq; labellis
Hic offam glutit: ębrius ille vomit.
Hic dygito primus sordenti fercula mensę
Attingit: naso conspuit atq; dapes:
Hic calicem siccat labris: vacuatq; lagenę
Oenophorum: rursus quod bibit ipse vomit:
Cantant: & latrant/ magno clamore fatigant
Aera: thyrsigeri & sacra nefanda dei
Hos furor vsq; rapit: confundit pectora bachus
In tabulis partes improbus omnis habet.
Nunc calices frangunt: nũc rumpitur vrceus alb⁹:
Nunc vitrum e mensa cantharus atq; cadunt:
Sępe manu rapimus: quod gestat tertia mensa:
Gustamus sapidum: dulcia fercla simul.

Sardanapal⁹ Insti.li.i.

Sardanapal⁹ habet comites: quos fœda voluptas
Assidue reficit: immoderata placent.
Sed quia non opis est nostrę: depingere cunctas
Illecebras mensę: stultitiasq; graues:

Víuendí rítus non eſt ſapientíbus vnus — de ſepul. certi futuri
Omnibus: ęqualis mos neqꝫ cuncta regít:
Nempe alíter Graíí víuunt: alíterqꝫ latíní:
Qꝫ víuat rítu theutona terra ſuo: — c. quia diuerſitatē de cō. pb.
Sauromatas alío víctu nunc víuere dícūt:
Nunc alíter Thurcos: Aethíopesqꝫ ferunt. — Terentius
Sunt hominum mores varíí díſparqꝫ voluntas
Sunt varíí víctus: víta nec vna víget: — Perſius Quíntilíanus.
Quílibet ín menſa deuítet turpia verba: — li. ii. ff. ad treb quia poterat. puer. xxx. Ad collo. iii.
Porcorum mores pellat ab ore procul.
Atqꝫ agat æterno grates ex pectore patrí:
Exoptetqꝫ ſacrum proſperítatís íter. — Thob. ii.
Nec díuínus enim nos conditor ípſe creauit — Eſaię li.
Ad potum atqꝫ cíbum: corporeas ve gulas. — i. theſſ. ii. &. v
Nec ſumus íccírco natí comedamus vt vſqꝫ: — arıſt. 2. de aía Eccs̄. v.
Aſſíduo aut fument corpora noſtra cíbo.
Sed potum atqꝫ cíbum pro víta ſumimus: atqꝫ
Corporís ad podíum / ſanguíneoſqꝫ lares.
Spíritus eſt anima noſtra: inde habítare neqꝫbít — xxxii. q. ii. moyſes.
In ſicco: ſedem ſanguínís ílla tenet.
Sed modus eſt rebus: eſt & menſura decorqꝫ: — Horatius
Quem cítra atqꝫ vltra / víta / anima atqꝫ fugit. — glo. Inſti. p q̄s p. no. ac. ī prī.
Iccírco crapula atqꝫ gula / plures moriuntur: — Eccleſi. 37.
Quam gladío / aut telís / íngenita / ve nece
Curía magnatū / mores quandoqꝫ probatos /
Vrbanos / dygnos / tradídit atqꝫ bonos: — Curialitas antiqua
Curía nobílium nunc eſt corrupta / malígna
Ebría / multíbíba / garrula / fędíloqua:
Perdídit atqꝫ vetus nomen / famamqꝫ fídemqꝫ
Amplíus ín toto nec víget orbe decus.

De laruatis fatuis.

Rísit Democritus stultos/ & inania mundi
Gaudia: q laruís pergeret omnís homo.
Cynícus econtra casus defleuít ín omnes:
Et quía tot fatuís terra repleta foret.

Perpetuo rísu pulmonẽ agítare solebat Democrítus. sapiẽs fleuít contrarius alter.

Iuuena. i sat. oibus ĩ terris Plinius li. vii Solinus. Crassus. de q Plinius.

Viueret ín nostro si iam Democritus quo
Rideret toto crimína nostra díe:
Et Crassus pariter rideret ludícra mundí:
Quem rísisse semel carmína prísca canunt.

Pręcipue noſtra ſi tempeſtate/videret
Laruatos fatuos: ſtultiloquoſq; viros:
His fatuis nullum vitium nunc turpe putatur
Ad ſcelus hos etenim vita petulca trahit:
Concita gallorum tanto vix membra furore
Vexantur: cybeles dum fera ſacra colunt:
Cum furia tractāt vix Męnades orgia tanta:
Quin recolit lemures ſtulta caterua malos.
Induit hic laruam: turpes hic ſumit amictus
Ille linit faciem: contaminatq; fuco:
Hic gerit infatua conductos fronte capillos
Hic dentes emptos: hunc tegit alba toga:
Parthorum ad morem cupit alter ſumere veſtē:
Hic habitus Geticos/Sarmaticoſq; petit.
Hic faciem turpat: quo vix deformior ille eſt
Tartara qui terret murmure cerbereo.
Muſica cōportant fatui inſtrumenta: canuntq;
Audiat vt fatuos quęq; puella ſuos.
Ante domum notę dominę veſtigia figunt
Conſumunt totos/ſicq; boando dies:
Fauſta puella quidem: fatuis tutatur ab illis
Quę ſe: laruati turpia quęq; petunt:
Seducit caſtos animos laruata caterua:
In facie dęmon quem gerit ore/patet.
Corda puellarum manibus diſcerpit aduncis:
Vnguibus horrendis: dilaceratq; thorum.
Quicquid enim ſceleris totus non perficit annus
Hoc laruatorum tempore conficitur:
Sępe tuas: larua contecta ſubintrat in ędes:
Quę tibi gallinas vulpis iniqua voret.

De vi. & ho. cle. cū decorē.

Druyde. de quib⁹ lucan⁹.

Menades Perſi⁹ lati. i Lemures de quibus Oui.

Eccleſi. xxv.

C. de epi. & cl l. mime in aūt. de ſan. epi. col. ix.

Tu quía níl curás laruatę crímína gentís:
Contamínas thalami fœdera ſępe tuí.
Quíd refero mores: quíd turpía verba: íocoſq;
In quíbus aſſídue ſtulta caterua furit?
Larua repręſentat nunc ſaturnalía feſta:
Aut ſalíos nudos: mãmurĩumq; fabrum:
Quodq; magís credo: talí ſub tempore/dítís
Emiſſos lemures: terrífícaſq; deas:
Lœtíferí quoníam pendent de frontíbus hydrí:
Abſcondunt faciem: quam deus ípſe dedit.
Naturam turpant: tenebroſo pectora cultu
Recta tegunt: vultus cõmaculantq; fuco.
Se facít híc claudum: ſe cęcum clamítat ílle:
Larua tegít proceres: magnífícoſq; víros:
Id tamen eſt peíus: trahímus ludíbría laruę
Paſchatís ad fęſtos ſacrífícoſq; díes:
Ducímus & choreas: venerís certamína mollís
Peſſíma verſamus: níl ſacra feſta vetant.
Paſſío quo chriſtí medítatur tempore: laruam
Accípimus: ſcelerís pabula quęq; placent.
Surgímus heu tarde cum chriſto: crímína mundí
Vana: íubent ſolítam contínuare víam.
Fraterno lemures hos nunc ſermone precamur
Vt tandem ſapíant deſtítuantq; nefas:
Eſſe nefas quís nam dubítat? q; vertímus ora
Naturamq; ſímul? turbídus error abí.
Fama volat quendam occíſum quẽ larua tegebat
Quem mox cũ larua dęmon ad íma tulít:
Iure quídem: nã cuíus erat nũmíſma & ímago:
Effígíem & pignus abſtulít ílle ſuum.

Saturnalia
Compitalitia
Mãmurius faber

C. de pe. l. ſi quis. de cri. fal. ad audi entiam

de con. diſ. v. fucare

de con. diſ. v. quadrageſiã.

Viri prudentis descriptio.

Vir bonus & sapiens reprehendit turpia facta:
Dictaq; castigans impia: iusta docet.
Conscius ipse sibi: mala cuncta & inania
Et vitam querit diligit atq; bonam.

Victrix fortunę sapĩa: Iuue. Vtrtus p̃miũ est optimuz. oĩa adsunt bona quẽ penes est virtus. Plutanus.

Prudentem cecinere virum documenta Maronis
Qualem vix hominem secula nostra tenent
Socratis egregii maiestas/iudice phœbo
Dicitur emeritos promeruisse gradus.

pner. xiiii. & xxvii. Sapien. vi. Eccles. x

Socrates
Talís erat ſophię díuinę Socrates altor:
Qualem Vírgilíi carmína docta canunt:
Ex ſe pendebat totus: perfectus ad vnguem
Conſtans: & dexter/prouídus atq; bonus.

Sene epiſ.cv.
Vír bonus & ſapiens dotes in pectore multas
Contínet: & clara nobílítate mícat.

Tull. in pa.
Iudex ípſe ſuí: nec vaní murmura vulgí
Curat: ſecurus tempora grata terít.

Eccleſi. iii.
Rebus ab externís neq; mercem aut crímína ſumít:
Eſt frugí ſemper: & moderata petít.

Sapien. vi
Eccs̃. vi.
Pectus habet ſolídum: propellít ínanía vota.
Contínet & ſtabílí pectora recta gradu.

Prouer. x.
Eccleſi. xviii.
Non príus a mollí rapíuntur membra ſopore
Omnía q̃ vitę ſínt reputata ſuę.
Vtíle cum ſancto ſapiens coníungat honeſto

Eccs̃. xii.
Omní alíquíd laudís & gerat ípſe díe.

Eccleſi. 37.
O vtínam noſtro tam conſona turba ſophię
Tempore fulgeret: tam nítídęq; ſcholę:
In quíbus íllúſtrís vírtutís ſemína/prudens
Funderet: æthereum concíneretq; ſophos.

Eccs̃. i
Mírandum non eſt: q̃ tam nũmeroſa caterua
Stultorum: totídem ſeruat in orbe vícés:

Prouer. iiii.
Eſt ratío in promptu: quoníam ſapientía pulſa
Exulat: & mundum dílaníata fugít.

Eccs̃. x.
Esaie. v.
Quí bonus & ſapiens noſtro nunc eſſe laborat
Tempore: veſanus dícítur atq; rudís:

Prouer. xxix
Callídus & vafer quí nunc eſt atq; doloſus
Híc títulum ſophię: & nobílítatís habet.

Ariſtides.
Curius.
Fabritius.
Iuſtus Arístídes quíd tempeſtate valeret
Noſtra? quíd Curíus/Fabrítíuſq; bonus?

Quid Cato diuinus: celebris q̃d turba Platonis? puer.ix
Prudentes rident ſęcula noſtra viros. Sapien.v.
His tituli candor datur & nunc gloria preſens:
In quibus eſt fraudum ſtultitięq; vigor.
Aſcendit celebres ſtultiflua turba cathedras:
Stultitia mentes quę violare ſolet.
Si modo prudentes aleret Germania pugnax Germanie
Et daret ingenuis prędia digna viris: defectus.
Non ſic deſerta fluerent preconia fama:
Parta quidem: quę nũc Theutona terra p̃mit.
Si gradus inſignis ſophię cultoribus eſſet:
Non veheret fatuos tot modo noſtra ratis:
Sed cenſor nunc nemo ſui ſe explorat ad vnguẽ: Prouer. xiii.
Nemo animũ muſis imbuit ingenuis.
Stultigeras igitur tunicas/fatuoſq; cucullos
Impoſui multis: quos mea ſcripta notant.
Ergo prudenter ſtultus qui viuit in orbe Virgilius
Virgilii vt diui pagina ſacra canit:
Protinus æthereas hic celſior vſq; ſub auras
Tranſuolet: & nitidi lactea ſigna poli: Eccleſi.iii.
Carneq; mortali poſita/captare quietem Sapien.vi
Cœleſtem poterit: Ambroſiaq; frui.
Ad ſophiam teneros igitur ſuccingite lumbos:
Et date conſpicuę thura benigna deę:
Qua propter doctis optat philomuſus honores
Et pacem muſis poſcit adeſſe ſuis.
Inprimiſq; ſuo Ticioni/magna precatur
Gaudia: conſtructa eſt quo duce noſtra ratis. Titio &
Sit tibi/mi preſtans animi preceptor/amice Thęda.qui
Theda/ſalus ingens: Brant venerande vale. & Brant.

In cõmendationem philoſophię.

In precio non eſt hodie doctrína bonorum:
Sed ſpuít ad doctas ſtultus vbíq; togas:
Doctíloquos tentat vulgus detrudere ſacco:
Sub pede ſtultorum philoſophía iacet.

Cõſcidíſti ſaccũ meũ et círcũdedíſtí me lętítía.
Pſalmíſta xxix.

Quíſquis ad æthereas ſacratę pallados arces
Tendít: ín hac requíem vel cupít eſſe ſuam:
Híc manibus purus veníat linguaq; pudícus:
Vt ſophię foculís fumída thura ferat:

Iohel.i.
Apoca.vi.
Sapien.i.

Phíſoſophía ſacrís anímos colluſtrat ocellís: Tullius parchia poeta
Ingeníí dotes: prębet & eloquium:
Luctífícas huíus ſolamur dogmate mentes:
Hęc animí motus pellít & íllecebras. Eccleſi. iiii.
Hęc bene víuendí pręſtat documenta víaſqꝫ.
Hęc íter ætherei pandít ad aſtra polí.
Poſſumus hac mentís tríſtes auertere caſus:
Poſſumus hac lapſus exuperare graues.
Hanc deus omnípotens cœleſtí míſít ab arce Prouer. ii.
Vt nobís cœlí ſęmína clara daret. Eccleſi. i.
Illíus ín collo pendent redímícula ſacra:
Per genus humanū quę modo ſparſa mícant.
Membra tegít peplo: pallaqꝫ índuta mínerua:
Sub pede purpureas ſpargit vbíqꝫ roſas:
Seruíat huíc ſapiens quíſqꝫ: nam nectare díuo Sapien. vi.
Corda hominís potat: Ambroſíaqꝫ cíbat: &. ix.
Et líbertatís veros concędit honores: Eccleſi. xxvii.
Hac duce perpetuo líbera corda manent:
Hec ſcelus atqꝫ nefas pellít: moreſqꝫ profanos: Prouer. viii.
Explodít vítíum: prędmía laudís habet. & xvi.
Hanc propter ſapiens nítidū conſcendít olympū:
Hęc aperít iuſtís regna ſerena Iouís:
Poſſumus hac ſęuos ſemper ſuperare tyrannos:
Fida comes vítę eſt/ & benedícta quíes:
Hac ſíne nō prīceps: nō rex: ſua ſceptra gubernāt Sapien. viii.
Eſt fídei mater: iuſtítięqꝫ parens:
Palladís ad munus iuuenes properate ſeneſqꝫ puebr. vii.
Ex gremío cuíus fons ſcatet írríguus:
Currite vos docti: veſtram obſeruate mineruam:
In ſaccum trudít dogmata vulgus íners. puerbi. iii.

Concertatio Virtutis cũ Voluptate.

Aſpice conſtictum virtutis: atq; petulcę
Deinde voluptatis/gaudia vana vide:
S.Brant. Argumẽtũ. Legimus Alciden ſomno cum forte iaceret
Vidiſſe ambiguas/difficileſq; vias:
Ambarumq; ſtatum/finem/vitamq;/modũq;
Scrutans: virtutis cępit inire viam.

Epigrāma ad lectorem.

Virtutis quicunq; colis sacra dogmata lector:
Aspice quos fecimus pollice & ere modos.
Tu tamen inprimis frontem depone seueram:
Aut fuge: si nasum rhinocerotis habes.
Nos veniam scriptis dabimus petimusq; vicissim
Si peccat numeris pagina nostra suis.
Horatius i arte
Frangitur hic puro dictamine blanda voluptas
Et spurce Veneris marcida castra iacent.
Sed virtus niueo victritia tela triumpho
Suspendit: celo secq; suoq; beat.
Hanc amet imberbis iuuenis: vitęq; magistram
Ducat: & eterno munere formet opus.
Illecebras fugiat: quas spondet vana libido:
Hęc animos frangit: pectora casta terit:
Tullius i off.
Fœdat & ingenii cultus: sensusq; pudicos
Destruit: & semper blanda venena vomit.
O iuuenes spectate probi: quid candida Virtus
Possit: quid noceat luxuriosa Venus:

Fínís vo
luptatís
mors.
Seneca

Obiectio voluptatis

criminantís virtutem.

En ego ſíncerę virtutí inímica voluptas
Adſum victrící lauro redímita: per orbem
Sígna mei fulgent caſtrís ſuffulta triumphí:
Semper Achemenios ſpírant mea tẽpora flores:
Et redolet violas collecti faſcía crínis.
In níueís ſoleo manicas geſtare lacertís:
Et veſtes tyrię fulgentía brachia velant.
Eſt facíes laſcíua nímís: ſtant lumina multo

Inuidiosa ioco: petulantes frontis ocellos
Ostendo: mallem frangunt qui sępe iuuentam:
Delitias effundo meas: & mella per orbem:
Vt capiant iuuenum temeras mea retia mentes:
In manibus Cytharam teneo: plectrumq; sonorũ:
Turba sedet iuxta mollis: blandiq; choraules:
Ante meam statuã dulcissima carmina pangũt.
Pectine facundo mulier stat psaltria iuxta:
Nam soror ipsa dei: cui sacra solennia reddunt
Męnades insanę frontem crinemq; rotantes:
Qui mea prosequitur miles vexilla: labores
Nullos: & liber discrimina nulla subibit
Cogitur haud sęuis caput obiectare procellis
Non strepitus pugnę: nõ tristia classica Martis
Audiet: armisonus lituus nec pectora franget
Sed qui me comitem sequit: non tramite duro
Ambulat: at dulces hic experietur amores.
Qui mea spreuerunt quondã monumẽta: periclis
Immersi grauibus: vitam clausere dolore.
En dea sum cuius spatioso noscitur orbe
Imperium: & nostro manant de pectore molles
Delitię: risus & cantica plena iocorum:
Et sub me sanę longissima fata senectę
Vsq; vigent: albiq; dies: horęq; secundę:
Quondam Priamides quo Troia cessit achiuis: Paris
Signa tulit nostri manibus florentia regni.
Indulsitq; bonis: quorũ est mea magna potestas
Et mihi seruiuit cultu Cleopatra superbo: Cleopatra.
Blanditiasq; meas canopea ad mœnia duxi.
Africa me noscit: me noscit corniger Hammon:

Numide Mauritania — Me numidę infrenes: colit & Mauriſius atlas.
India. — India delitias noſtras veneratur: & omnes
Educunt rutilo qui candida membra ſub ortu:
Eccleſi. xxxi. — Me duce ſobrietas toto pulſatur ab orbe.
Sarmate Parthi. Gethę. — Sarmata nō tut⁹: nō parthus/nō geta pugnax
Non Hiſter tutus ſemper criſpuſq; ſycamber
Noſtraq; per varias mittuntur ſpicula gentes.
Hiſter. — Noſtra ſophi veteres coluerunt numina: quorū
Sycamber — Scripta manent poſitę me defendentia ſectę
Epicurei — Nam ſine corporeo proſunt bona noſtra labore:
Et gula nobiſcum/feruens quoq; gloria menſę:
Non mea ſub galeis vita eſt: nō ſtramine duro:
Corpora noſtra cubant: ſed p̄bet pluma q̣tem:
Iuuenalis in ſatyra oībus in terris. — Me niſi delitię molles ſequerentur/& omnis:
Luxuries: tanti non reges blanda ſubiſſent
Caſtra: quibus toto victrix dominabor in orbe
Sardanapal⁹ de q̣ diodorus & Iuſtinus — Sardanapalus enim regalia facta relinquens:
Corporis illecebras coluit. florentibus annis
Roma — Bellica roma quidem noſtro ſudauit amore.
Mollibus in plumis dantur ſua gaudia cunctis:
Hiere. vii. — Non frigus/diramq; famem iuuenilia captant
Pectora: ſed requies ſemper blandiſſima nobis.
Otia quandoquidem non perturbata fouemus.
Ergo vos iuuenes quorum ſunt mollia corda:
Atq; ſenes pariter quorum eſt annoſior ætas:
Porrigite huc aures: currit mortalibus q̣uum
Verba Sardanapali. — Et currunt ſine fine dies: libate vel q̣ſcis
Sapien. ii — Mellifluis genio: poſt mortem nulla voluptas.

Virtutis sudorẽ dii longe posuerũt.

Responsio virtutis

carmine Elegiaco.

Carmine nugoso quid me malesana voluptas
Lędis: & imbelli pectore bella paras?
Quid fallax miseros age perfida decipis arte?
Illecebris mundus cur ruit vsq; tuis?
Quid sordes: luxusq; tuos: lanceq; voraces
Laudas? blanditiis gloria nulla tuis.
Aebrietas tibi fida comes: infamia pennis
Circũ te volitat: & tua castra premit
Es (fateor) pulchro semper laqueata capistro:
Sunt oculi molles: fronsq; petulca nimis:

In capite insignis fulgor: redimicula: vittę
Sertaq; dependent: purpureusq; color:
Te chlamydes tyrię velant: te balteus ornat:
Et te Sidonio purpura tincta fuco.
Non galeas armata geris: sed corpore nudo
Allicis imbelles in tua vota viros.
Te iuxta Veneris stant atq; Cupidinis arcus:
Et pueri cęci dira sagitta iacet.
Dextra tenet speculū quo splēdet turba malorū:
Lęua tenet luxus. & genus omne mali:
Fronti nullus ineſt candor: sed spurca libido:
Non pudor in verbis/ingenuusq; iocus:
Te duce per mundum gemini tractantur amores:
Te duce langueſcunt fortia membra ducum.
Te duce nobilitas perit: & veneranda iuuentus
Marceſcit votis dedita aduſq; tuis.
Te duce morborum patimur diſcrimīa: mortes.
Ad stygioſq; cadunt corpora noſtra lacus:
Tu facis ingeniū torpens: tu pectora caſta
Inficis: & ſenſus non ſinis eſſe bonos:
In te decreſcunt anime: ſoluuntur & artus:
Corporis & ſemper eſca doloris eris:
Et te lœthales morbi: genus omne malorum
Et gula manauit: delitiumq; malum:
Tu facis imbelles iuuenes: petulanſq; ſenecta
Te duce concreſcit: bęſtia ſpurca nimis:
Pellicis in fraudes multos/vitęq; tenebras:
Nil caſtum impura conſpicuumq; doces.
In te non ratio: non purę ſemina mentis:
Ingenium nullum. ſed mala lingua quidem.

Multorum claros egiſſet dextra triumphos:
Et multos caneret fama ſuperba duces:
Si non blanditias: ſi non tua vota ſubiſſent:
Et ſimul impoſitis nigra venena cadis
Mœnia dardanidum: vertiſti & pergama Troię: Troia
Per te Parthorum regna ſuperba iacent. Parthi.
Regna iacent Aſię luxu conſumpta voraci: Aſia
Luxibus & prauis Attica regna iacent. Greçia.
Obruta ſunt Danaũ fortiſſima mœnia: per te
Atq; vrbes Sodomę morte rigante iacent. Sodoma.
Excidium per te dirum eſt experta Corinthos Corinthus
Atq; Tarentinę ſic periere domus. Tarentum
Lapſa quidem per te ſordent Nilotica regna: Egyptus
Aſſirii per te ſic cecidere duces: Aſſyria
Te Sybaris colles: te Rhodos: atq; Miletos Sybaris
Et varias gentes contaminoſe iuuat. Rhodus
Tu Sordos: Thraceſq; truces: tu blanda Getaſq; Miletus
Corrumpis: diris inficis atq; malis. Thratiã. Gętę
Sors mea nunc melior: quoniam me vita pennis
Spectat: & æterno gloria parta gradu.
Degeneres animos pacienti extollo labore.
Cœli porta patet (me duce) apta viris:
Amphitroniades metuenda pericula vicit. Hercules
Me duce: cęleſtis incolit aſtra dei.
Me duce barbaricas gentes proſtrauit in armis Iulius cęſar.
Iulius: & fœlix ſydera clara premit:
Magnus Alexander noſtros comitatus honores: Alexander magnus
Ingenii pugnas / & fera bella tulit:
Sic paulus conſul regem qui Perſea vicit Paul⁹ emil⁹.
Me duce Romanis clara trophęa dedit.

Cicero Me duce facundí vulgent Cíceronís honores:
Virgilius Et Maro Romanę gloría magna togę:
Aríſtotiles. Doctus Aríſtoteles nr̃a hęc monumẽta ſequutus:
Plato Et Plato: quo nuſq̃ maior ín orbe fuít.
Candída me coluít doctorũ turba ſophorum:
Ingenium per nos eloquiumq; valet.
Ad laudes genítos & dultía munera díuum:
Fama trahít noſtrí nomínís atq; decus:
Aſpíce (quid multos repetam) ſtat nr̃a p orbem
Gloría/fama/ſalus/laus/honor/ atq; decus.
Inte luxuríes: faſtus/cõmertía fœda:
Et putídum ſemper ſtíllat ab ore malum:
Prouer. viii. In me díuítię: íuſtum/rectumq; píumq;:
In me conſílium: gloría ſola mea eſt.
Sapien. iiii. Caſta míhí domus eſt: ſtant celſo colle penates:
puer. ix Hos tamen íngenuus ſcandít vbíq; labor.
In vírtute labor: ſed & ín ſudore voluptas:
Atq; quíes: magnís ſemper amanda víris.
Síue velís famam ingenío ſectaríer almam:
Armíſonę ve velís voluere ſígna deę:
Seu res cíuíles merito tractare fauore:
Hęc animo ínfracto (me duce) cuncta facís.
Quem labor & ſudor torquet vírtutís amore:
Aethereí tandem ſcandet ad aſtra polí.
Prouer. viii Vírtus ſola regít terras: dominatur ín alto.
Plau. ī amphi Díuídít & nutu dona beata ſuo.
Prouer. vii. O íuuenes dum fata ſínunt: expellíte vanas
Corporís illecebras: lœtíferumq; nefas:
Imbuíte aſt animos vírtutís dogmate veſtros:
Vt ſapiant rectam pectora veſtra fídem:

Latína nauís ſeu barca ſocialís.

Innumeros claſſes/fatuos ſíne fíne furentes
Hactenus ín noſtra ducere claſſe íuuat:
Si quís forte locũ potuít mínus accomodatum
Nancíſcí: huc veníat cum ſocííſq; vehat.

Gaudíum eſt míſerís ſocíos habere penarum.
Sed nõ mínus ardebũt: quí cũ multís ardent.

Currite ſulcamus feſtínís æquora remís:
Et premít ímmenſum carbaſa noſtra fretum
En ſocialís adeſt claſſís: properate ſodales:
Et fatui pariter nunc properate meri:

ii.q.i.multi.
Eccle.13.&.7.
Iob.xxx.
1.Eſdre.v.
Sapien.iii.

Eccš.i.

Nam noſtrę numerus ſectę eſt ímmenſus: & aures
Ad varías gentes tendit & ad populos.
Noſtra cohors equídem totum cõplectít orbem
Paucí ſunt quos non fœdera noſtra premũt.

In omnẽ terrã exiuit ſonꝰ eorum.

Ex Aſía veníũt rutílo ſub ſole creatí
Stultí: nobíſcum quí cíta vela trahunt.
Fínibus e Lybíę veníunt terraqꝫ calentí
Mauſírií ímbelles/æthiopeſqꝫ nígrí:
Mígrant Heſperií: migrat quoqꝫ Gallía tota.
Prorſus & a Bactris ſedula turba ruít.
Ad nauem veníunt gentes quas vltíma Thyle
Fínibus extremís quaſqꝫ Brítannus habet.
Et veníunt Cymbrí toruí: flauíqꝫ Sycambrí:
Et venít ex latío turba procera qnídem.
Archophylax gentes rigído ſub ſydera natas
Tranſmíttít: prębet ſubſídium ratí:
Sauromatę veníunt: pugnax quoqꝫ turba Getarũ
Atqꝫ Thraces veníunt: Argolícíqꝫ vírí:
Et veníunt omnes gentes/quas conſpícít orbís
Quaſqꝫ fouent nítídí ſydera clara polí:
Cum ſenibus íuuenes: fatua cum matre puella:
Intactus nullus híc gradus eſſe poteſt:
Ad claſſem celerem fatuí properate ſodales.
Currite nauículę/nam mora cuncta nocet.
Tempus adeſt ſulcare fretum & nũc pandere velũ
Currite: íam pergit fluctibus acta ratís.
Maxíma nunc regío ſupereſt penetranda: ſodales
O fatuí: pedíbus currite quęſo cítís.
Narragonũ ad patríam & ꝑmíſſas tendímꝰ oras.
Cogímur & ſtolídum nunc penetrare ſolum:

Nos tamen in tumido iactant discrimina ponto
Plurima: sollicitas & quatit vnda trabes:
Veliferiq; maris seuo clamore ciemus
Fortunam: nil nos impia vota iuuant.
Per varios casus: per seua pericula ponti
Currimus: & vitę non modus vllus adest:
Et patimur lapsus/tempestatesq; sonoras
Et patimur medio naufraga fata mari:
Scyllęam rabiem siculis spectamus in vndis:
Atq; charybdęo gurgite transtra volant.
Per syrtes lybicas remo sulcamus inerti:
Spectamus tumidi tristia monstra maris
Delphinos: phocas/syrenes/atq; videmus
Tritonas: inuisum prodigiiq; genus:
Torpemus cantu: quo nostras inficit aures
Syren: languenti nosq; sopore premit:
Et Cyclopem grandem siculo spectamus in antro
Dulychius princeps quem timuisse potest:
Quis locus est tutus: quo nunc considere stulti
Possunt: & certos ędificare lares?
Vsq; adeo tumidis prostrati mergimur vndis
Et portus tutus carbasa nostra fugit:
Et merito. quoniam nullo sapientia cultu
Nos fouet: & stolida figimus arma manu.
Heu dea stultitię nobis nunc pocula Circe
Prębuit: & cantu pectora lassa ferit.
Eheu quid miseri prodest errare sodales:
Quęrite sed stabili littora tuta pede:
Ne rapiant nostras Neptunia monstra carinas
Sorbeat & nostras equoris vnda rates.

De hac materia. Virgili⁹ in.i.&.iii. eñ

Scylla Charibdis

Syrtes

Syrenes

Triton

Cyclops

Vlyssęs

Circe

Neptunia

Excusatio Jacobi locher. Philomusi:

Vertímus naues fatuas latínis
Versíbus: plectro síquidem strepenti:
Cudímus normas modo perbenígnas
Plaudíte musę.

Sebastiano Brant grates agit

Gratías docto dabitís magístro:
Atqꝫ doctorí títulos merentí
Candídos: noſtros legítís modos quí:
Plaudíte muſę.
Ad ſalutares modo díſcíplinas
Atqꝫ ſíncerę documenta vitę
Vertímus ſtultos numerís íocoſos
Plaudite muſę.
Non decus mundí: títuluſqꝫ clarí
Nomínís traxít/volucrísqꝫ fama
Ad ſalutares phílomuſa cantus:
Plaudite muſę.
Non honos: laudes: precíum ve molle
Nec fames aurí phílomuſa traxit
Ad ſacrí fontes nemoris beatos
Plaudíte muſę.
Níl ſuperborum cupímus vírorum
Stemma: nec claros capítis corymbos
Nec ſacrę laurí cupímus corollam
Plaudíte muſę.
Quí leget noſtri títulum líbellí:
Gratías nullas referat líbello:
Eleuet ſed Brant rogo perdíſertum
Plaudite muſę.
Prębuít noſtrís alímenta nymphís
Brant: & heroos tríbuít beatos:
Eſtqꝫ ſcríptorum venerandus auctor
Plaudíte muſę.
Gratię dulces: lepídęqꝫ voces:
Et lepos blandus: lyrícuſqꝫ neruus

Ex ſínu íllius fluítant ſcatentq̃:
Plaudíte muſę.
Sermo facundus: locupléxq̃ vena:
Structílís candor: calamus latínus:
Nil ſonat quod ſít latío índecorum:
Plaudíte muſę.
Sed modo díuos ſuperos precamur
Prębeant nobís veníam benignam:
Pínxímus q̃ ſíc fatuos ínertes
Plaudíte muſę.
Me locus nauís: fateor: requirit:
Calceos nondum fatuos remouí:
Stultus & nondum poſuí cucullum
Plaudíte muſę.
Sunt quíbus noſtrę placuere curę:
Sunt quíbus noſtrę ſatyrę grauedo
Díſplicet: dextram veníam precamur
Plaudíte muſę.
Noſtra ſíc farí dídícit íuuentus:
Peruígil ſudor neq̃ me díſertum
Fecít: haud magnos capío labores:
Plaudíte muſę.
Scríberem formas potíus pedeſtres:
Sponte ſed manant numerí canorí:
Barbarum quí mę faciunt poetam
Plaudíte muſę.
Gratulor noſtrę ſiquídem íuuentę:
Gratulor docto pariter magiſtro:
Quí míhí ſuaues tríbuít camœnas
Plaudíte muſę.

Sęculo noſtro ſiquidem diſerto
Gratulor: doctę ſileant Athenę:
Et chorus vatum ſileat latinus:
Plaudíte muſę.
Iam fouet paſſim celebres poetas
Theutonum ſydus/gelíduſq; Rhenus.
Laudíbus quorum monimenta fulgent
Plaudíte muſę.
Quíd magís fingít latialis orbís
Rítibus cultís? colímus platona:
Atq; ſublímem colimus Maronem:
Plaudite muſę.
Ergo certatím teneris camœnís:
Nauís & pictę rudibus fíguris:
Et íuuentuti faueas precamur
Lector amice.

Nauis socialis mechanicorum.

Socialis nauis me-

chanicorum.

Stultorum trahitur collecta caterua virorum
Qui manibus quęrunt ſępe alimenta ſuis.
Artificis quiſquis ſignum prętendit: & effert
Quid ſciat: & foueat qua ratione domum:
Adſunt mœchanici: quorum vela ampla leuata:
Cum celeri remo per freta vaſta volant
Cur tamen hi fatui ſint ad mea laxa vocati
Carbaſa? iam cauſas cum ratione canam?
Cunctoꝫ veluti ſtatus mutatur/in omni
Tempore: nec ſtabili conditione manent:
Artificum pariter ſic fit mutatio ſemper. Prouer.xi.
Hos fatuos merito noſtra carmina vehit.
Hoc vitium primum eſt: ꝙ ſeruus quiſqꝫ magiſter de elec.cum
Eſſe cupit: callet & tamen ipſe nihil: in magiſtrum
Artifices multi fatuiqꝫ ſine arte vagantur lxi.diſ.miſerꝫ
Stultitia merces diminuuntqꝫ ſua. xlix.diſ.ſacer dos.
Alter in alterius damnū ſudore laborat:
Se tamen inprimis decipit exſpolians:
Vendit opus magna forſan mercede paratum: Ezech.vii.
Incitat & vexat hunc quia liuor edax:
Attamen artificū deformis abuſio ſectę
Paupertate graui corpora multa premit.
Hi res mox vendūt poſitas prę merce minuta:
Hi precio vendunt pro leuiore ſuas:
Alter in alterius damnum contemnere lucrum Leuit.xxv.
Aſſolet: et vendit tunc male ſarta palam.
Qui modico vendūt precio: res non bene ſartas Eccleſi.xxvii
Vendūt: artifices hęc mala culpa notat;

Omnes qui cupiunt emptores fallere blandis
Fraudibus: hi certe se quoq; decipiunt.
Mechanici culpas & stygmata nigra merentur
Turpantes operas/artificesq; manus:
Decrescunt omnes mercatus: nemo fidelis
Mercator: quiuis ditior esse cupit.
Rebus in humanis mutatio tanta lacessit
Multos: atq; inopes reddit vbiq; viros.
Non opus est multis facinus componere verbis
Artificum: liuor pectora cuncta trahit.
Temporibus nostris qui constans esse laborat
Hunc stultum vulgus insipidumq; vocat.

De Nicolao Remer:

acuphago Argeñ: Sebastianus Brant:

Finis adest operis/nec te Nicolae videre
In nostra potui Renner amice rate.
Comedit multas acus simul Qui tñ innumeros fatuos facis: & tua multi
Ora vident/acubus quę tibi plena scatent.
Quas comedis/rursũq; voras/vomis/imbibis atq;:
Prestigio hoc stultos fallis vbiq; tuos.
Saluator ludorũ paschalium. Tu deus interdum scandis super ęthera. rursum
Decidis: & bibula cũ grege pascha tenes.
Simea mater adest buccas dedit illa/genasq;
Et linguas multas: ingeniumq; citum.
Addubito iccirco si te Gallos: vel Iberos:
Inter Germanos/Italicosue locem.
Hic posui artifices inter/variiq; negoci
Te turbam: nunq; solus enim potes esse.
Argeñ. plures inuenies socios Narragonum in patriã tecum proficiscar: in vna
Naue: dabit socios vrbs tua stultiuagos.

Singularis ferus depastus est eã.

De singularitate quorũdã

nó uoꝝ fatuoꝝ additio Sebastiani Brant.

Te nostram accepi vertisse Iacobe carinam: Ps.lxxix.
Atq; illam latium nunc sapere eloquium:
Gaudeo. Lolhardos quos prętermisimus olim
Beguinasq; iuuat his nec abesse suas.

Cauẽdũ eſt a beguinis. de frig. fraterni/tatis. p⁹ prin. glo. in cle. i. de reli. do.

Eſt operęprecium non ignorare Beguttas
Bęgardoſqꝫ ſuos: hippocritumqꝫ genus.
Quos nimis arta prius cõplexa eſt cymba: liburnũ
Nunc proprium: & laxis tranſtra parabo foris.
Curríte lolhardi/beguinę/ſiue beguttę/
Curríte bęgardi: ſpiritus ire iubet.

in cle. ad nrm̃ de here.

Vos hominem ex toto preſenti in carne putatis
Perfectum: & ſummũ tangere poſſe gradum
Vſqꝫ adeo/vt nunq̃ deinceps mortale patrare
Crimen: & vt nequeat proficere vlterius.
Perfectos igitur tantos quoqꝫ/claſſis abacta
Expectat comites: ſtultiuagoſqꝫ viros.
Curríte nauis eat: fatuoſqꝫ ſequamur euntes:
Ne ſine beguinis tanta caterua ruat.
Cernitis vt ſtulti totum mare & æquora complent
Nec modus aut numerus nauibus atqꝫ viris.
Sępe oculos hominũ morientum claudítis: ante
Q̃ mortis tempus vel necis hora venit.
Claudite preſentis periturę lumina turbę:
Atqꝫ operi noſtro ponite quęſo modum.
Sit ſatis hunc feciſſe prius vobis vel honorem
Q̃ non vulgari vos rate cõpoſui.
Ne populus ſi veſtra notet mala crimina: forſan
Non prauos modo/ſed pellat ab orbe bonos.

cle. i. de re. do

Nec vos de populo vultis/neqꝫ plębe videri:
Nec cleri in ſortem vos deus ipſe vocat:
Iccirco dignam vobis ſedem ipſe nequiui
Theutonica in noſtra ponere naue prius.

dic. cle. ad noſ trum.

Cũ tamen in patria Germana/& theutonico orbe
Pullulet & vigeat veſtra ea ſęcta nimis.

Collígere attempto turbam dumtaxat iniquam:
Este procul fratres/quos bona vita tenet.
Qui normam vitęq; modū/sanccitaq; patrum
Seruatis:non vos lędere pergo bonos.
Sed turbā indoctam:quę cū nil discere possit:
Nec voluit:longam quęrit habere togam.
Ne si vulgus erit:cogatur ferre laborem
Artificum:& manibus quęrere forte cibum.
Inde est q; quęrunt tranquillam habuisse quietē:
Atq; vacare graui posse labore tamen.
Non is est animus/non mens/sint vt Madalenę:
Verum vt bufonem lęna suum inueniat:
Ocia sęctantur/torporem &/desidiamq;:
Hinc hosti antiquo nequitię arma parant
Proinde sibi reputant credūt quoq; cuncta licere.
Humano neq; sub viuere & esse iugo.
Libertas(aiunt)vbi spiritus esse probatur:
Spiritus at spirat/liberiora licent.
Inde putant nulli capiti se subdere posse:
Acephali cupiunt viuere & esse palàm.
In grege conueniunt:viuunt sine rege locustę:
Puniat vt nemo corrigat atq; nephas.
Quin etiam interdum laico sua crimina fratres
Confitentur:agunt alterutrumq; vices.
Oscula mortali dicunt damnanda reatu:
Offitium carnis sed veniale ferunt.
Hinc passim fratres per cōpita cuncta:sorores
Quęrunt/solantur/concrepitantq; fores.
Signaq; dant dygitis pulsantibus:atq; recepto
Responso:admittit ianua quęq; suum.

Protestatio nihil dicere volen p̄ bonos aut approbatos

ii.thessa.iii

vt dicere possint id Eccl.51 de cele.miss. cū marthe.

c.nisi cū pridē de renū.

dic.cle.ad nostrum.

ii.corin.iii.

xciii.di.nulla

Prouer.xxx.

glo.xxv.dis. vnū.glo.de of ordi.pastoral glo.de fur.c.ii dic.cle.ad nostrum.

glo.in cle.i. de reli.do p̄.c.diffinim? xviii.q.ii.et c.pniciosam

Tum procul abiectis mãtellis/atq; cucullis
Lolhardi in turpi veste/breuiq; patent.
Grandibus exutis sotularibus atq; cothurnis:
Beguinę incędunt: calceolosq; mouent.
Tunc opera incipiunt cõmunia: tunc labiorum
Actuũ.x. Hos operit labor: & facta sororia agunt.
Psͣ.cxxxix. Si qua casta soror velit/atq; pudica videri:
Et quę fraternos abnuit accubitus:
Carpitur: & normę violatrix dicitur: extra
Sit numerum: & careat funditus alloquio:
Illi cõmunes neq; enim venię ve/preces ve
Subueniunt: vrnam hęc fregit/& vrceolum.
Quin etiam arguitur maiori crimine: pęnam
Quo ferat/& subeat fratris ad arbitrium.
cle.1. de vi. & ho.cle. Hunc ego peruersum lolhardum seu goliardum
Dicam: qui ventri viuit & vmbilico.
Protestatio Prouer.xi. Nequitiam illorum carpũt mea carmina: sanctos
Atq; bonos fratres carpere nemo volet.
Quos vel apostolicę sedis mãdata probarunt:
Vel quos cõmendat vita laborq; bonus.
Ast quidam bullas producũt sępe/quibus sint
Absq; opere: humanis delitiisq; vacent:
Et quibus impune possint quęcunq; patrare
Non bona: & a nullo vindice habere metum:
C. de epi. & cle. deo amabiles. Seq; pares faciunt monachis: Vestęq; sacratis
Virginibus: quibus est regula grata deo:
Canonicos habitus/nomen/vestemq; pudicam
Ezech.xiii. Vsurpant: sedenim sub cute vulpis inest.
Sic habitus simulant multi sanctosq; bonosq;:
Math.vii. Intus qui rapida tygre/lupoq; scatent.

Nomine diuorum subiere cubilia multi — Ouidius
Casta: sed incęsto mox rediere gradu.
Quis rogo summe pater/valet explicare: nefanda — Iuuenalis in satyra vltra Sauromatas.
Crimina: quę fiunt sub spetie vsq; bona?
Liberius poterit nemoq; licentius: vsq̃
Fallere credentes quam genus hippocritum. — Esaię.ix.
Introitu Curios simulãt: sed Clodius exit:
Sub christi spetie/dęmon inique lates.
Ve tibi ve maledicta cohors: quę nomen inane — Math.xxiii.
Religionis habes: quod tua facta negant. — i.thimo .iiii.
Nempe opa effingis sathanę: qbus esse probaris — Prouer.xx.
Filiolus sathanę: luciferiq; puer. — Iohan.viii.
Quisq; enim est genit⁹ summo a genitore/deoq;: — Ioha. ii. iii. &.v.
Hic mandata dei seruat/& efficiet:
Qui vero e terra genitus: terraq; sepultus: — Ad collo.iii.
Semper erit quęuis terrea sola placent. — Luce.vi.
Quem semel arripuit fatuorum claua: cucullus: — Iohan.iii.
Mitraq;: vix veterem deiicit ille togam: — ii.petri.iii.
Hinc p̃cor/exhortor/moneo/rogo/flagito cũctos — Apostropha ad Philomusum.
Prędeant: linquunt qua statione ratem.
Nostri etenim portum quęrunt lyntresq; fasęli:
Cędo libens: meritum docte Iacobe feres.
Qui mea vertisti vulgaria plaustra/reuidi
Illa ego: perlegi: sat placet atq; labor.
Nota magis fuerat nobis inuentio nostra: — Quare. Seba. Brant. cõcordantias huic operi apposu erit.
Quo quęq; excerpsi dicta decora loco:
Iccirco ascripsi loca concordantia: lector
Noscere quo valeat: singula quęq; cito.
Qui tamen & veniam dabit impressoribus oro: — Parcendum impressorib⁹.
His quia festinum nil satis esse potest.

Nempe manu propria ſemel atq; iterũ illa reuidi:
Signaui/inuerſa multa ſubinde manu:
Sed tamen illorum pręceps labor: atra reliquit
Plurima/quę nollem: quę mihi diſpliceant.
Quę ſi forte videt lector bonus atq; peritus:
Dat veniam: erratum nec putet eſſe tuum.
Criticus at ſi quis/cui ſueta calumnia cordi:
Perleget: in ſannas incidet ille: ſcio.
Sufficiet ſed enim doctis feciſſe laborem
Eccleſi.viii. Complacitum: ſtultis nil ſatis eſſe poteſt.
Nec mihi principio mens ſubfuit/atq; voluntas
Scribere: vel ſtultis cõplacuiſſe viris.
Eccleſi.37. Nec tibi propoſitum fuit: vt ſatis eſſe putares
Prudenti: & fatuo tam bona ſcripta viro.
Iccirco ſtultis linguam linquamus inanem:
Prouer.xviii In cuius manibus vitaq; morſq; ſedet.
Eccs̃.x. Singula qui carpunt/cupiunt doctiq; videri:
Nec quicq̃ norunt/ſed ſua ſola placent:
Ps̃.lxxix. Ille ferus/multos agros depaſtus: at olim
Decidet: & nidum perdet aueſq; ſimul.
Eccleſi.xx. Hos operis noſtri ſtatui mihi ſiſtere finem
Sapien.ix. Omnia qui carpunt: cum nihil efficiant.
Iohan.xv.
Ad gala.i. Nil ſatis egregium/dignum/pręſtanſq; bonumq;.
xlvii.di. ꝙ ad Quod cunctis poſſit (crede) placere viris.
Concluſio Vicisti precibus (fateor) ſuauiſſime frater
operis. Me: tua quo videam/carmina peruideam:
Quod potui effeci: gaudet tuus ille magiſter
Diſcipuli ingenium tam valuiſſe ſui.
Perge bonis cęptis: rogat id tuus atq; Ioannes
Olpigena: fauſto fine/diuq; Vale.

Epistola Jacobi locher

Philomusi ad humanissimum fautorem suum. D. Iohannem Bergmannũ de Olpe. Archidiaconũ Grandisuallis: huius operis promotorem.

Etsi non dubito amice iucundissime: plures nasutos Criticos: nebulonesq; pphanatos/nris lucubratiunculis iamiam de extincta fauilla suscitatos esse: tamẽ iuuentus nostra/qua suauioribus ac politioris doctrinę musulis semper adhesimus: facile importunos occursus latrantium superabit: Si nobis prẽceptoris nostri facũdissima manus affuerit: nullas barbarici gregis cõtumelias formidabim⁹. Quis enim mediocriter doctus: adolescentis/& nati & contendentis ad virtutẽ: litterariam istanc audatiam improbabit? Etas iuuenilis Tibullũ suũ illaudatum nõ reliquit: cuius ipse quidem iucũdissima elegiacę scriptionis monimenta posteritati sacrauit. quid enim maius? quid prẽstatius? quid ve laudabili⁹/ iuuenis sub rigido sydere natus? glandibus enutritus: in pagis Suęuie ablactatus/ attẽtare potuit: q̃ sacras castalis vndas lambere: cortinam phœbados tripodasq;/ore parũ diserto contingere? Sed me phœb⁹ amat: sunt huic mea carmĩa curę. Barbaricasq; meo pellit de pectore voces. Dat citharã: lyricosq; sacro cũ pectine neruos: Et pharetras: q̃ me tutum nunc vndiq; reddũt. Sed quia nemo vnq̃ ad vmbilicum tam perfecte suas deduxit pagínas: aut adeo demorsos sapuit vngues: q̃ Brant

nō ſuorum operum titulis hiantes fauces: linguāq; Timonianā prouocaret. Aſinii pollionis notam/ M. Ciceronis laudabilis ac incredibilis eloquentia effugere nō potuit: Marōis argutiſſima muſa: ſtygmatias ac ſibila ſenſit. Sed qui ī cineres mortuorū impios latratus vomunt: cū laruis luctari cenſent. Carere debet etiam vitiis omnibus: qui in aliū paratus eſt dicere: inquit Cicero. Parcāt itaq; p deos īmortalas oro/ tenellę audatię litterarii greges: & mediocritatem ingenioli mei ęqua lance penſitent rhinocerotiſq; nares: latratus efflantes/ ferreo peſſulo obſtringant: Et ſi barbaricę tellurīs ſterilitas me ad litterarum ſtudia vix concitarit: tamē quia mortales omnes/ natura quadam ad ſciēdi cognitionē accendimur: propterea exploſis ab ingenio teterrimis ignorātię tenebris: animum Heliconis rore perunctū/ ad ſcribendum appuli. Vtinam dii immortales primitiis noſtris auras ſalubres: ventoſq; tranquillū ſpirantes: benigne tribuerent. Vt ſemina mentis noſtrę/ ſplendidiſſimo virtutū globo fulcita: doctrina (quā profitemur) coaleſcerēt: et ęditis litterarum monimētis ſpetioſiſſime efflo/reſcerent. Tu tamen inprimis: Iohannes Bergma/ne: dignus mihi videris: qui humanitate (quę potiſſimū mortales oblectat) & ſingulari munificentia: qua in omnes tibi pares veteris: litterarum ſtudia adeo extollis: vt ab inferis litteras ſqualore lurido obſitas: in Germaniā reuocare videaris. q̄d enim magis in te mirari ſolem? q̄ alacritatem iſtā tuam: qua ſtudioſos homines ad ſcribendū prouo

cas. Tuis enim fęcundíſſimis ſumptib⁹ egregios lí=
bros emũcto charactere/ac graphice exaratos ĩ lu
cem profers. Quod enim laudis & glorię ceteri ſcri
bendo conſequunt̃: hoc tu bonas promouendo lít
teras aſſequeris. Igít̃ has lítterulas noſtras/in te=
ſtimoniuꝫ indelebílis amicítię: in fíne libri ínprimí
íuſſímus: vt optímus qſqꝫ tuã ín me humanitatẽ/
manſuetudinem/familíaritatẽ/líquido cognoſce=
ret: Vale ex Caſtello Franco Germanię: Anno
Milleſímo quadríngẽteſímo nonageſímo ſeptĩo.

Ad eundem Iohannem. B. de Olpe.

Me rogo cõmendes noſtro íucunde Iohannes
Thędígene: hunc ſaluum me rogítante íube.
Sí quíd forte agítem quęrat meus ílle magíſter?
Dícito me ſaluum víuere/& eſſe ſuum.
proínde ſibí íncolumem vítam/famãqꝫ precabor
Perpetuam. valeat Brant meus ílle díu.

Ad numeros suos ut Iohannem Bergmanum festine adeant.

Ite rudes numeri: millenas ferte salutes
Bergmano: ad nitidos & properate lares:
Vos etenim fido trepidantes corde tuetur:
Accipietq; pio munera nostra sinu.
Exarmatus enim pharetris comitatur Apollo
Vos modo: cum fidibus auricomaq; lyra:
Ludit & arguta modulos testudine dulces:
Blandidulos saltat concinit atq; choros:
Hoc duce fœlices numeri procedite: vulgus
Indoctum vobis nec nocumenta dabit.
Impia nil rabies fatuorum: nulla nocebunt
Murmura: fortunam dexter Apollo feret.
Seu vos fumificas ætnę penetrare cauernas
Contingit: syluas lestrygonumq; truces:
Seu vos per lybicas sors inuida voluat harenas:
Siue per angusti saxa sonora freti.
Siue molorcheum nemus: aut per caspia regna
Contingit: scythicas aut penetrare niues
Siue charybdeos scopulos contingit adire
Immanes Thurcos: siue videre Getas:
Carmina vos sacro vibratus lumine phœbus:
Iam pharetra cinctus concomitatur iter.
Mirantes oculos radiis illuminet: atq;
In vobis tenebras non sinet esse truces
Hoc duce: magnatum celsas conscenditis arces.
Principis & vobis ianua magna patet.

Abiiciet clypeum miles dum carmina voluit: Quãta vis carminis.
Atq; minas ponent martia tela truces.
Gorgonis aspectus numeris mulcetur amœnis
Aegidis atq; angues suauia dicta stupent.
Indocti doctiq; simul dictata reuoluent:
Atq; genis lepidis oscula blanda dabunt.
Ite procul: nec vos pudeat sic esse tenellos:
Scribuntur teneri simplicitate ioci.
Qui canit Aeaciden fortem: q; ve hectora sęuũ:
Qui ve canit lybicos argolicosq; duces:
Scipiadas gemínos vel qui: duo fulmina belli:
Et Curios sanctos: Fabritiosq; canit:
In cute festiua numeros deducat: & apte
Nectat ad heroos verba soluta pedes:
In vobis fulgent tyriis non illita succis
Munera: sed splendet simplicitatis honos:
Ite rudes numeri millenas ferte salutes
Bergmano: ad nitidos & properate lares.
Dicite: vos primum Titioni ostendat amico:
Vosq; idem videat peruideatq; velim.
Illius in laribus/doctoq; sub hospite: noctem
Linquite: & in lucem pergite liberius.
Vos hilari excipiet fronte ille: dabitq; benignam
Et solitã musis perplacidamq; domum.
Ille patrocinio iuris defendere multos
Vt solet: accipiet vos ita pręsidio.
Vestram aget ille libens causam: & tutabit omnẽ: Finis Stultiferę nauis.
Quin propriam dicet remq; agere inde suam.

NIHIL SINE CAVSA.

OLPE.

Finis stultifere Nauis

Finis Narragonicę nauis per Sebastianum Brant vulgari sermõe theutonico quondã fabricatę: atq; iampridem per Iacobum locher cognomento philomusum in latinũ tradictę: perq; prętactũ Sebastianum Brant denuo reuisę: aptissimisq; concordantiis & suppletionibus exornate: In laudatissima Germanię vrbe Basilienſi/ nup opa & pmotione Iohannis Bergman de Olpe Anno salutis nrę Millesimoquadringentesimononagesimoseptimo Kalendis Martiis. Vale inclyte Lector.

Regiſtrū ſtultifere Nauis

Stultifera nauis Folio I
Epigrāma Iacobi locher ad lectorem I
Epla Iacobi locher ad Sebaſtianū Brant II
Carmē eiuſdem ad Sebaſtianū Brant III
Sapphicon Iacobi locher excuſantis ingenii ſui paruitatem Folio IIII
Epigrāma in narragonicā Iacobi locher IIII
Ad Iohānem Bergmanū de Olpe decatoſtichon Iacobi locher Folio V
Ad Iacobum locher ſubeundę profectionis narragonicę e barbaria in latiale ſolū exhortatio Sebaſtiani Brant. VI
In narragonicā pfectōem celeuſma. S. Brant VI
Prologus Iacobi locher in narragoniā VII
Hecatoſtichon in proludiū auctoris & libelli narragonici. VIII
Argumentum in narragoniam X

Incipiunt fatui

De inutilibus libris Folio XI
De bonis conſiliis Folio XII
De auaritia & prodigalitate XIII
De nouis ritibus Folio XIIII
De antiquis fatuis Folio XV
De doctrina filiorum Folio XVI
De delatoribus & litigioſis. folio XVIII
Non ſequi bona conſilia. folio: XIX
De incompoſitis moribus. folio: XX

De leſione amicitię XXI
De contemptu ſcripturarum: XXII
De improuidis fatuis. fo. XXIII
De amore venereo: fo. XXIIII
De peccantibus ſup mia dei: XXV
De fatuis edificandi incœptibus: XXVI
De potatoribus & edacibus: XXVII
De inutilibus diuitiis: fo. XXVIII
De obſequio duoꝝ dominoꝝ. XXIX
De nimia garrulitate: fo: XXX
Inuenire rem alienam & nō reddere: XXXI
De eo q̨ in alios aī aduertit & met peccat: XXXII
De contione ſapientię: XXXIII
Iactatio & confidentia fortunę: XXXIIII
De nimia curioſitate mortalium: XXXV:
Mutuum accipere: folio: XXXVI
De inutilibus votis & petitionibus: XXXVII
De inutili ſtudio: folio: XXXVIII
Temere loquentes contra deum: XXXIX
Qui alios iudicat: folio: XL
De pluralitate benefitiorum: XLI
De eo q̨q̄rit exceptōes ad emēdandū ſe: XLII
De cuſtodia mulierum: XLIII
De adulterio XLIIII
Semper fatuus XLV
De iracundia ex leui cauſa XLVI
De fortunę mobilitate XLVII
De egrotante inobediente XLVIII
De nimium apertis conſultationibus. XLIX
Fatuoꝝ dāno ſapiētes nos fieri cōuenit L

Nil curare detractiones hominum LI
De subsannatorib⁹ & calumniatoribus LII
Contẽptus ęternorum gaudiorum LIII
Tumultus & confabulatio in ecclesia LIIII
De proteruo ac spontaneo periculo LV
De via fœlicitatis & futura pctõrę pœna LVI
Praua maiorum exempla LVII
De voluptate corporali LVIII
Archana esse recondenda LIX
Vxorem ducere propter opes LX
De liuore & inuidia LXI
De impatientia correctionis LXII
De fatuis medicis & empericis LXIII
De secularis potentię exitu XIIII
De predestinatione LLXV
De obliuione sui ipsius LXVI
De vitio ingratitudinis LXVII
Sui ipsius conplacentia LXVIII
De choreis & saltationibus LXIX
De nocturnis ioculatoribus LXX
De mendicis & eorum vanitatibus LXXI
De iracundis mulieribus LXXII
De potentia fatuitatis LXXIIII
De cura astrologie LXXV
De geographica regionũ inquisitione LXXVI
De eo qui non vult esse fatuus LXXVII
De non intelligentibus ludos LXXVIII
Male facere & non expectare LXXIX
De inprouidentia futuri LXXX
De litigantibus in iuditio LXXXI

De obſcenis fatuis. folio LXXXII
De ſtatus ſpiritualis abuſu LXXXIII
De inani faſtu & iactantia LXXXIIII
De luſoribus. folio LXXXV
De ſuppreſſis fatuis. folio LXXXVI
De militibus & ſcribis. folio LXXXVII
De ſtulta nunciorum legatione LXXXVIII
De cellariis & cocis. folio LXXXIX
De ruſticorum arrogantia XC
De paupertatis contemptu XCI
Non perſeuerare in bono XCIII
De neglectu mortis. folio XCIIII
Contemptus in deum. folio XCVI
De blaſphemiis in chriſtum XCVII
De plaga & indignatione XCVIII
De fatua permutatione. folio XCIX
Honorare parentes. folio C
De cauillatiõe ſacerdotũ in choro CI
Superbię oſtentatio. folio CII
De vſurariis & fœneratoribus CIII
De vana ſpe futurę ſucceſſionis CIIII
Non obſeruare dies feſtos CVI
Largiri & penitere. folio CVII
De accidię vitio. folio CVIII
De externis & infidelibus fatuis CIX
De fidei catholicę & imperii inclinatõe CX
De aſſentatoribus & paraſitis CXIIII
De delatoribus & obloquutoribus CXV
De falſariis & fraudulentia CXVI
De antichriſto. folio CXVII

Veritatem obticere folio CXIX
Retractio a bono folio CXX
Omiſſio bonorum operum CXX
De premio ſapientię folio CXXI
Neglectus infortunii folio CXXII
Detractio bonorum folio CXXIII
De īmoderata menſę turpitudine CXXIIII
De laruatis fatuis folio CXXVI
Viri prudentis deſcriptio CXXVIII
In cōmendationē philoſophię CXXIX
Concertatio virtutis cū voluptate CXXX
Epigrāma ad lectorem folio CXXXI
Obiectio voluptatis criminātis virtutē CXXXII
Reſponſio virtutis carmīe elegiaco CXXXIII
Latina nauis ſeu barca ſocialis CXXXV
Excuſatio Iacobi locher phihomuſi CXXXVI
Socialis nauis mechanicorum CXXXIX
De Nicolao Renner Argeñ. CXXXIX
De ſingularitate quorundam nouorum fatuorum Additio Sebaſtiani Brant CXL
Epiſtola Iacobi locher philomuſi ad hūaniſſimū fautorē ſuū. d. Iohannē. B. de Olpe CXLIII
Ad numeros ſuos vt Iohannem Bergman feſtine adeant. CXLIIII
Finis ſtultiferę nauis folio CXLV

.1497.
NIHIL SINE CAVSA.
OLPE.